Mais la plupart des Catholiques se montraient hostiles à ce projet de conciliation, et le pape *Paul III* était profondément irrité des décisions prises à Francfort; c'est pourquoi *Charles-Quint*, par lettres datées de Madrid le 5 juillet, ajourna la convocation du susdit synode (Voy. Seckendorf, III, 205 b, 206 a, 207 b. — Læmmer. Monumenta vaticana, p. 233-252). *Henri Bullinger* écrivait à ce sujet, le 30 août 1539, à Oswald Myconius : « *Conventum Nerobergensem* gaudeo in cineres abiisse... Ita enim meticulosos vidi nostrorum quosdam, ut non potuerim non vereri *compositionem parùm integram...* Adversa pars non est talis cum qua possit componi. Neque illi nobiscum concinent » (Minute autogr. Arch. de Zurich).

[16] *Bucer* ou *Luther?*

[17] *Jacques Carmel* ou plutôt *Camerle*, pasteur de la ville de Gex (t. IV, p. 134, 462; N° 816, renv. de n. 9, et fin de la n. 38).

[18-19] Voyez le N° 764, note 11.

822

ACTES DE LA RÉCONCILIATION des Pasteurs et Professeurs de Strasbourg avec Pierre Caroli.

(Strasbourg, entre le 1er et le 8 octobre 1539.)

Copie contemporaine [1]. Bibliothèque Publique de Genève. Vol. n° 145. Calvini Opera. Brunsvigæ, t. X, Pars II, p. 374-396. (Extraits.)

Cum Domino *Carolo,* quò constaret si sit verus inter nos in doctrina Christi et administranda ejus ecclesia consensus, contulimus sententias de controversiis religionis quæ sunt et agitantur inter nostras et illas ecclesias quæ papæ romani jugum adhuc ferunt, hacque collatione in subjectam sententiam convenimus.

Primùm *Confessionem principum nostrorum Cæsari Augustæ oblatam* agnoscit orthodoxam. Deinde aiebat se teneri magna reverentia Ecclesiæ, tum veteris, tum ejus quoque quæ hodie per orbem dispersa est, atque ideo non recedere à communibus Ecclesiæ placitis. Proinde sibi [videri] suam in subjectis dogmatis moderationem non debere ab orthodoxis rejici.

Et primùm *de libero seu servo arbitrio* censebat sic loquendum : In ecclesiis ne dicerentur cuncta fidei necessaria, sublata rerum contingentia : Deum enim cuncta agere liberè, nos quoque, sive bonum sive malum agimus, utrumque agere voluntate propria et ideo liberè.

Respondimus, nostros nec divinis nec humanis actionibus liber-

[1] Elle existe en deux exemplaires, qui ont été écrits avec tant de négligence, que maint passage en est devenu inintelligible. Nous avons suppléé les mots sautés et introduit dans le texte quelques variantes destinées à rétablir le sens logique. Plusieurs de celles que proposent les nouveaux éditeurs de Calvin nous ont été très utiles.

tatem adimere. Deum enim non posse ab externo agente impelli et regi, hominesque, quidquid agunt, agere motos à se ipsis suoque proprio arbitrio et sua sponte, non coactè [2].....

Art. 2. Deinde dicebat *Carolus*, sibi videri nos magis *missarum* correctionem quàm abolitionem profiteri debuisse. Nam vitiis correctis piè illas retineri posse, ita ut piè quoque veteres sancti celebrassent : ad eum enim modum minori novationis offensione veram hujus sacramenti administrationem restitui in ecclesiis potuisse. Respondimus [3].....

Ad hæc *Carolus* testificatus est, se.... ab eo cum primùm *Galliam* reliquit et ad nos pervenit, nullam *missam* fecisse nec porrò facturum ; sed de hac ipsa re sic loqui propter bonos qui passim Christo serviunt in vera fide, et facilem correctionem rituum receptorum ac præcipuè hujus ceremoniæ admittere possint, si non nimia novatione offenderentur, et ea ipsis relinquerentur quæ per se impia non sunt et à veteribus piè usurpata agnoscuntur [4]. Nos homines vel in solitis precibus satis videre, oportere nos per omnia niti meritis Christi, non ministerio eucharistiam celebrantis ullave ceremonia externa, quæ vel ibi geritur, vel alibi ab ulla creatura

[2] Cette reconnaissance du *libre arbitre* est suivie de réserves longuement développées et qui se terminent par les réflexions que voici : « Non potest quidem ratio cognoscere hæc inter se consentanea esse : *hominem sine spiritu Christi non posse non ipsum se perdere*, et id tamen ipsi, non Deo, vitio dandum esse, tametsi homo, nisi Deus ultro hunc spiritum donet, ne rogare quidem pro eo possit.

« At quoniam utrumque disertè Scriptura prædicat, et nihil posse nos bonum facere nisi id operetur Deus in nobis, et tamen cum mala facimus (quod solum ex nobis valemus), nos nostra, non Dei, culpa perire, — par est nos Scripturæ hæc prædicanti simpliciter assentire, et idem quoque ingenuè prædicare, id quod tandem nostra ipsorum conscientia, velit nolit, facere compellet. Certè Judas, in agnitionem sceleris sui adductus, non Deo, qui non tantum ipsi de suo spiritu quantum Petro contulisset, sed sibi suum exitium attribuit dicens : « *Peccavi ego*, » non *peccare me fecit Deus*.

« Ista simplicia nobis videntur et in Scripturis ita tradita : ipsis igitur libenter inhæremus, eaque liberè profitemur, et rationi humanæ, cùm iis offenditur, respondemus : Illud non est iniquitas apud Deum. Item : Quis es tu qui disputes cum Deo ? Et : O altitudo divitiarum ! »

[3] Ici et dans les articles 6 et 12, nous avons supprimé les réponses faites à Caroli. Nous n'avons conservé, dans les autres articles, que les passages qui fournissent des données intéressantes pour l'histoire ecclésiastique.

[4] A comparer avec le tome V, page 41, ligne 17-27, et p. 439-441, renvois de note 30-34.

geri possit. Sed et illud clarè in ritu veterum et consuetis concionibus extare: oportere mysterium Christi in hac ceremonia explicari populo, ad fidei in Christum instaurationem, et sacramentorum communicationem diligenter commentari atque totam quoque exhiberi; denique nec *verum usum oblationum* difficile sit istis ostendere et persuadere ex iis quæ adhuc in usu ecclesiarum hærent [5].

Art. 3. Ad hæc nos respondimus: Quæcunque ecclesiæ in *administranda eucharistia* fiduciam externi operis, quantùm poscit salus populi huic nimis altè immersi, avertere studeant, et prædicare confirmareque fiduciam Christi, ita ut necesse est in ista Christi ignoratione et neglectu, laborent; communicationem corporis et sanguinis ejus sedulò commendent et integram omnibus præstent, nec sine ea eucharistiam in cœtu populi celebrent; preces quoque, lectiones et doctrinam sic administrent, ut inde populus verè excitari et ædificari possit, intellectisque omnibus amen adjungat, *oblata* quoque curent Christo offerre et minimis ejus, et Verbum ejus dispensari,—ad hunc, inquam, modum si quæ ecclesiæ eucharistiam administrent, et gravissimas istas perversiones et abusus quibus papistæ cunctam fiduciam Christi averterunt amoveant, his nos, in reliquis omnibus ritibus et observationibus omnia [l. obnoxiis?] libertati quæ ad veram piorum ædificationem instituitur et usurpatur, libentissimè accessuros.

Art. 4. Gratulabatur post hæc nobis consensionem de eucharistia, quæ ecclesiis nostris restituta est, ut citra transsubstantiationem, ac etiam veterem Christi Domini cum symbolis eucharistiæ conjunctionem, quæ detrahat aliquid vel veritati humanæ naturæ in Christo, vel gloriæ ejus cœlesti in qua nunc regnat, aut [l. haud] tantùm inania symbola absentis Christi, sed ipsum Domini corpus

[5] On peut rapprocher de ce passage le fragment suivant du Catéchisme de Bucer : « *Pastor*. Veteres Christi Ecclesiæ, quem retinuerunt morem ab Apostolorum temporibus, quantùm ad *oblationes* pertinet ? *Discipulus*. In omnibus piis conventibus... fideles offerebant munera sua, maximè autem in cœna Domini, quæ fuit etiam causa ut nominaretur *oblatio*... *P*. In quos usus converti debent ? *D*. In omnem usum qui necessarius est ad sustentationem religionis, ut et ministri religionis idonei habeantur, et ea omnia quæ administrationi religionis commoda sunt, ut templa sunt, et templorum instrumenta, tum in alimoniam et curam omnium egentium.» (Catechismus Ecclesiæ et Scholæ Argentoratensis. Argentor. 1544, petit in-8°, fol. 57.)

et ipsum sanguinem distribui et percipi cum pane et vino in sacra cœna agnoscant.

Art. 5. Præterea dicebat, sibi videri, non solùm causa vitandæ offensionis, sed etiam gratia ædificationis instituendæ et promovendæ, *retinendum esse in ecclesiis symbolum impositionis manuum,* siquidem depellatur omnis quæ abusu hujus symboli irrepsit superstitio : nam et Apostolos spiritum sanctum ad confirmationem et robur christianæ religionis hoc symbolo tradidisse baptisatis, sicut et facultatem donumque spiritus ad obeunda in ecclesiis sacra ministeria. Veterem verò Ecclesiam, ut apud Cyprianum videre est, etiam veniam peccatorum ea confessis eodem symbolo fecisse. Cumque in his certis Christi promissionibus hoc signum adhibeatur, et exhibendis donis Christi invisibilibus usurpetur, non videri sibi quare hujusmodi istius symboli usurpationes non etiam sacramenta appellari possint, vel secundi ordinis, quando non ita expressum Domini de his mandatum in sacris literis extet, ut de eucharistia et baptismate.

Ad ista respondimus : Nos optare ut in omnibus ecclesiis primùm ii qui in infantia baptizati sunt, diligenter de religione nostra, quàm primùm ejus per ætatem possunt capaces esse, publicè per ecclesiarum ministros instituantur, quò *catechismus,* qui non potuit ante, post baptisma adhibeatur. Deinde, cum promoventur hujusmodi *catechumeni,* et profiteri fidem Christi in Ecclesia seseque ipsi Domino in obedientiam Evangelii atque disciplinam Ecclesiæ adducere fœdusque salutis propria conscientia cum Domino inire valent, ut Ecclesiæ per parentes suos, vel ab his paratos deductores, publicè sistantur; et coram omni populo ab illis, commodis rogationibus per ministros eosque procuratores, et fidei confessio et Satanæ mundique abrenunciatio, suique ipsorum in obedientiam Christi, in disciplinam Ecclesiæ addictio et consecratio publicè recipiatur; utque hac professione sancta et ἐπερωτήματι bonæ conscientiæ (ut divus Petrus vocat) completo, tum etiam prece, pro confirmatione spiritus iis qui ita professi sunt, fusa ab omni ecclesia, — *eisdem à primo ministro manus imponantur* [6], quo ille symbolo eis nomine totius ecclesiæ, imò Christi, confirmet manum Domini ipsos conservaturam, corroboraturam et deducturam in omnibus, adeoque ubertim suum spiritum inflaturum, ut sanctè et

[6] A comparer avec T. W. Röhrich. Geschichte der Reformation im Elsass. Strasburg, 1830-32, II, 45, 46.

piè in ecclesia ejus versantes progressus salutis indies faciant, regnumque Christi ornent et augeant.

Itaque velle nos, *etiam iis qui ad sacra Ecclesiæ ministeria ritè delecti probatique fuerint, ejusmodi impositione manuum,* cum fidem illi ministerii sui publicè in ecclesia professi sint, et facta pro eis ab ecclesia precatio fuerit, *spiritum sanctum exhiberi,* id est, donum et facultatem spiritualem munus suum sanctè et salubriter obeundi, *sicque eos ad functionem suam inaugurari et ecclesiæ commendari.*

Ad eundem modum diximus, *nos et illud probare ut ministri veniam peccatorum hoc symbolo, facta peccatorum exomologesi, petentibus addicant,* ita ut majores nostri et ecclesia Christi soliti sunt facere [7].... Itaque hoc signo ad exhibenda ea dona Domini quorum habemus certas promissiones, uti ecclesias salutariter posse judicamus, quamquam de eo nec Domini nec Apostolorum mandatum extet : quòd enim Dominus et Apostoli, tum Ecclesia vetus, sic isto symbolo usi sunt, id nobis satis ostendit quid hac in re comprobetur et queat à nobis utiliter usurpari. Quia scimus et ecclesiis hanc libertatem esse, ut commendandis promissionibus Domini firmandæque in eas fidei, quibusvis etiam signis uti possint, modò ea ad commendandas promissiones Dei et fidem in his roborandam verè faciant, nec quidquam vel superstitionis aut offendiculi secum trahant. Sed nec de appellatione *sacramenti* nos pugnare testati sumus......

Art. 6. Monebat deinceps *Carolus de confessione et absolutione privata :* videri sibi (aiebat) et has debuisse in ecclesiis retineri, et propter erudiendos qui in cognitione religionis rudiores adhuc sunt, et propter confirmandos eos qui habent conscientias graviùs perculsas. Magni enim debet esse nobis quod Dominus dicit : « Quorum remiseritis peccata, iis ea remissa erunt, etc. » Nam

[7] L'*absolution* donnée au peuple, après la confession publique des péchés, avait été conservée à *Strasbourg*, lors de la réformation du culte (1524). Elle existe également dans la liturgie de *Bâle* (1525) et dans celle du *Wurtemberg* (1536). Cette dernière fut traduite en latin, sept ans plus tard, pour les églises du comté de Montbéliard (Voy. Röhrich, o. c. I, 201. — J. J. Herzog. Das Leben Joh. Œkolampads, I, 341, et p. 190, 191 de la trad. franç. par A. de Mestral. — Ecclesiasticorum rituum et cæremoniarum Ducatus Wirtembergensis Regula... autore Erhardo Schnepffio. Tubingæ, M.D.XLIII, 8°, fol. 12. — C. F. Schnurrer, o. c. p. 172, 174, 549). Les églises de l'ancienne principauté de Montbéliard suivent encore aujourd'hui, pour la confession publique et l'absolution, le formulaire de 1543 (Voyez p. 286-288 de leur Liturgie, réimpr. à Strasbourg, 1844).

videri sibi Dominum his verbis quoddam in Ecclesia instituisse tribunal de peccatis judicandi, eoque inde vel remittendi vel retinendi......

Art. 7. Referebat ad ista *Carolus :* cum tamen ad remissionem peccatorum requiritur agnitio peccatorum, et maximè quæ peccata sint quæ admisimus, eam agnitionem acriorem utique fore, si in singulis etiam malè admissis consideretur quantùm sit peccatum quantumque mali perpetratum. Deinde dignum quoque esse *ut veniam pro quolibet delicto, cujus conscientiam habere possimus, a Domino oremus : proinde posse etiam singula utiliter ministris indicari,* ut illa ex lege quàm graviter peccatum sit doceant, et ad agnoscendum eò pleniùs, et ad expetendum eò ardentiùs Christi beneficium excitent.

Ad quæ respondimus, et in nostris ecclesiis doceri, ne homines quæ pravè faciunt dissimulent, et ut pro singulis etiam peccatorum, quoad fieri potest, veniam a Domino orent..... *Sed ut singula pravè facta ministris exponantur, aut ut privatim singuli.... peccata sua certis temporibus ministris confiteantur, non requirimus,* propterea quòd id nullo verbo Dei nec exemplo apostolico ullo doceatur. *Ad id autem hortamur, ut juniores ætate et quicunque opus eruditione habent, sese ministris aliquando sistant, erudirique se de omni cognitione Christi patiantur. Ita hortamur nos eos qui perturbatas habent conscientias,* sive inopia judicii de suis actionibus, sive imbecillitate fiduciæ de remissione peccatorum, *ut privatis confessionibus consilium et consolationem apud suos pastores quærant*[8]. Monemus etiam multò plures esse in ecclesiis qui hac privata confessione egregiè juvari queant (quæ vulgo patent). Itaque optamus multò quoque majorem esse omnium in ecclesiis cum pastoribus suis consuetudinem, ut privatim et confirmari commodiùs possint quotquot eo habent opus, et ad hanc consuetudinem usumque sacri ministerii etiam privata cùm doctrina tum consolatione diligenter hortamur.....

Art. 8. Fecit *Karolus* post hæc mentionem *de extrema unctione,* de qua rogabat an cuiquam ecclesiæ vitio dandum putemus, si illam ita ut divus Jacobus descripsit ægrotis adhibeat.

Respondimus : Si nihil admisceretur superstitionis, et symbolum illud tantùm ad confirmandam orationem fidei a Christo cuncta petentis et expectantis adjungeretur, nihil in eo damnaturos esse.

[8] A comparer avec la lettre de Capiton du 9 août 1537 (N° 649).

Tamen quia nec ista Epistola planè autoritatem apostolicam habet, nec à prima Ecclesia inter solennes et communes omnibus ecclesiis ceremonias unctio hæc numerata esse dicitur, testati sumus ita eam aliis ecclesiis nos permittere retinendam, ad commendandam purè *unctionem Christi,* ut invicem contendamus nunc ecclesiis concedi ut eam prætermittant, postquam superstitioni, hoc est fiduciæ operis externi, tantopere servivit [l. servierit?], et apud nostros homines *apostolica simplicitas* sic recepta sit et adametur, ut non queat facilè ista unctio promovendæ fidei in Christum apud nostros servire : sicut nec pleræque aliæ ceremoniæ et ritus, quos tamen non infitiamur à veteribus, donis Christi commendandis, piè adhibitos.....

Art. 9. Ad hæc *Karolus* referebat : sibi satis esse si istiusmodi ritus non ut per se impii damnentur ; in abusu eorum se quoque agnoscere plurimum impietatis admissum esse et hodie admitti.

Art. 10. Rogabat deinceps D. *Karolus de invocatione sanctorum* qui cum Christo cœlesti pace fruuntur, an [minùs pium?] judicaremus si ecclesiæ Deum invocent ut illorum pro se preces dignetur exaudire, et si quis ex hoc voto ad ipsos etiam verba faciat, non quidem ea opinione tanquam ipsi ea verba audiant, sed quemadmodum quis in vehementi cogitatione de amico etiamnum hìc agente, absente tamen, incipit apud se quasi cum illo loqui, ad eum tanquam præsentem, postquam animo jam præstò est, verba dirigere.

Ad ista respondimus : nos optare ut ecclesiæ satis habeant, memoriam sanctorum eorum de quibus nobis certæ historiæ extant, sic celebrare, ut populus opus et redemptionem Christi in illis magis cognoscat et pleniore fide amplectatur, imitationeque fidei eorum ampliùs accendantur.....

Art. 11. Addebat ad hæc *Karolus* se *nullum purgatorium* statuere eoque nec rationem ullam animas inde liberandi.

Art. 12. Proposuit et idem *Karolus de precibus pro defunctis, quibus dicebat ipsis à veteri Ecclesia non remissionem pœnarum purgatorii, sed beatam resurrectionem modò quæsitam esse,* cumque hæc omnibus Domino credentibus promissa sit et expectetur, adhuc nos pro illa et pro nostris mortuis orare[9]......

Fatebatur præterea *Karolus, se sæpe admodum turbatum fuisse eo quòd videamur à reliquis ecclesiis quandam fecisse secessionem,*

[9] A comparer avec le tome IV, p. 188, 1er paragraphe ; p. 199, ligne 16-19 ; p. 242, note 14.

atque petebat ut sibi exponeremus quanam ratione hujus secessionis crimen à nobis depelleremus.

Ad id ei diximus : societatem unitatemque ecclesiarum inter se constare fide et confessione Christi professioneque doctrinæ ejus et usu vero sacramentorum atque disciplinæ communicatione, et nulla rituum aliorum vel ceremoniarum conformitate. Alioqui nec ecclesiæ posteriorum temporum cum ecclesiis Apostolorum una ecclesia essent. Jam nos persistere in vera fide Christi, fideique hujus confessione retinere sinceram Christi doctrinam, et sacramentis ita ut ipse instituit uti, disciplinam Christi membris libenter admittere, et omnia in vicem quoque libenter præstare ac præstituros esse omnibus qui illam à nobis suscipere volunt. Permanere igitur nos in vera societate et unitate Ecclesiæ et corporis Christi cum omnibus ecclesiis et privatis etiam Christianis qui hoc quod dicuntur verè sunt. In erroribus utique quos in doctrina, et superstitione quam è ritibus, simonia et perversitate quam è ministeriis Ecclesiæ repurgavimus, non esse suam ecclesiarum societatem et veram Christi communionem; itaque nec in ritibus illis, qui ut nullo verbo Dei vel probato exemplo ecclesiis obrepserunt, ita superstitioni perniciosissimæ servierunt, quos utique submovere penitùs debuimus potiùs quàm corrigere, dum illud instaurandæ apud nostros religioni conducibilius esse quàm hoc deprehenderemus. Et ut plerique ritus quos submovimus sine detrimento religionis retineri potuerint, nullos tamen omnino sustulimus qui non sint ex earum rerum genere de quibus nos nemo judicare debet (Coloss. 2), et quarum rerum libertatem ecclesiæ sibi invicem semper permiserunt, dum à veris pastoribus administrarentur, et quæ nec hodie in ecclesiis eodem modo servantur. Nullam igitur nos ab aliis ecclesiis Christi quæ id verè sunt, secessionem fecisse, sed pseudoepiscopos cum papa suo nostras ecclesias et nos ministros earum, indicta causa, abjecisse et hæreseos iniquissimè condemnasse, — propterea quòd à recepta veritate Christi et instituta regni ejus apud nos instauratione nollemus ad ipsorum mendacia [provocare].

Et verò quia *Carolus* semel in administratione puriore Evangelii quam profitemur fuit, et hinc rursus ad *Cardinales* quosdam et alios papæ addictos prælatos sese recepit, remittique sibi à Pontifice romano petiit quòd apud nos tanquam apud hæreticos ac schismaticos fuisset [10], — id quod [fertur] *bulla Pauli tertii* quæ ipsi

[10] Voyez la supplique de *Caroli* adressée au pape (N° 638).

impetrata et erga eum exemtioni [l. executioni ?] demandata est [11], — nos jam admonuimus hominem, ut agnosceret seriò quàm graviter Christum et ejus ecclesias, hac à nobis ad papæ dominatum reditione nostrarumque ecclesiarum et ministrorum earum criminatione offendisset......

Hortati itaque *Karolum* graviter sumus, ut perpenderet quid sit ad hosce tam flagitiosos et impios homines ac totius regni Christi eversores gravissimosque hostes à nobis quoquo modo reverti, ac præ se ferre tanquam sentiat apud illos doctrinam Christi et administrationem ecclesiæ ejus habere tolerabiliùs quàm apud nos, illisque titulum ecclesiæ catholicæ concedere, nobis schismatum crimen et hæreseos impingere.

Horum itaque *cum Karolum admoneremus, confessus est ingenuè,* ut et antea fecerat quàm ipsi ista objecissemus, *se gravi infirmitate magnaque quadam perturbatione perculsum ac præcipitatum fuisse. Testabatur tamen se nunquam animo à nobis secessisse,* tametsi, dum ei jam apud nostros locus non esset, corpore ad Pontificios se contulisset. Se enim, licet ad impiorum prælatorum dominatum quoquo modo recepisset, non tamen eorum impiæ tyrannidi, sed sanctis potiùs Christi qui sub illorum tyrannide dispersi sunt et captivi tenentur, ministerium Christi exhibere et docere voluisse [12]. Itaque se in ista quamlibet gravi perturbatione atque infirmitate superatum a Domino esse, ut, quamquam apud adversarios constitutus, nullum tamen articulum fidei sanæque doctrinæ nominatim, sed in genere tantùm omnem hæresin et errorem abjuraverit, nec uxorem suam abdicaverit, nullam item impietatem docuerit, nec missas habuerit ; verùm, contrà, articulum justificationis ea claritate et constantia privatim et publicè asseruerit, ut ob id subinde in nova discrimina inciderit mutareque loca oportuerit. Et hujus luculenta nobis testimonia exhibuit, inter cætera etiam *epistolam ad se Sadoleti,* in qua nominatim ab illo reprehenditur quòd fidem et satisfactionem Christi rectè prædicasset, et purgatorium et humanas satisfactiones dissimulasset, imò et damnasset [13].

[11] Nous avons cité quelques passages de cette bulle du pape *Paul III* (N° 638, n. 9). Elle est datée du 17 août 1537.

[12] *Caroli* avait déjà dit la même chose dans la conférence de la Neuveville (t. V, p. 459, lig. 8-13). Mais ses assertions sont infirmées par la lettre de Farel du 21 octobre (N° 830, renv. de n. 15).

[13] On lit à la page 14 de l'ouvrage de *Calvin* contre *Caroli :* « Conjecturam facere promptum est, qualis sit toto libro, cum à prima statim

Præterea testabatur se ob id ipsum ad nos rediisse (id quod utique non potuerit non perdurum esse carni suæ, cum propter tam gravem quæ ei nobiscum intercessisset offensionem, tum etiam propter factam à nobis secessionem), quòd viderit spe sua apud adversarios Christi studium in illis locis resuscitandi, frustrari, et à *prælatis* qui initio apud se animos instaurationi ecclesiarum haud iniquos præ se tulerint, nihil ferè expectari posse, quàm indies magis magisque semunire laborent contra omnium ecclesiarum reformationem regnique Christi restitutionem, quò ex ista immani(?) ecclesiarum oppressione et spoliatione, quam nunc obtinent, ambitionem luxumque suum diu queant fovere. *Aiebat se non dubitare, imò id expertum esse, Dominum ubique multum populum servare, et sperare se Domino etiam apud adversarios non planè inutilem fuisse : ita multos illic puram Christi fiduciam motos sua prædicatione amplexos esse.* Sed dum improbitate prælatorum et monachorum loco Christi sinceriter prædicandi excludi se videret, non alia causa ad nos revertisse, quàm quia apud nos et esse veras ecclesias Christi et ministerium ejus haberi sincerum non dubitaret, speraretque fore sibi in nostris ecclesiis locum, ubi juxta Christi doctrinam vivere cum fratribus, his facultatibus quas a Domino accepisset, quantulæcunque essent, et commodare aliquid posset. Nam si ita sibi iratus Dominus fuisset, ut traditus in sensum reprobum se cupiditatibus carnis suæ potiùs quàm regno Christi cedere maluisset, fuisse sibi oblatas conditiones ab adversariis omni de gratia Christi nihil sollicito haudquaquam pœnitendas.

pagina adeò impudentiæ suæ fræna laxaverit. Ejusdem farinæ est, quòd se cum Cardinali *Sadoleto* de itinere suo communicasse dicit. Nam cum *Argentoratum* venisset [1539], hoc captandæ benevolentiæ aucupium præ se ferebat, quòd *Sadoletum* habuisset sibi infestissimum. Proferebat enim et suas et *Sadoleti literas*, unde constabat displicuisse *Sadoleto* ejus doctrinam. Quid plura? Præsentissimum sibi periculum impendisse jurabat, nisi maturo discessu antevertisset. Id enim argumento volebat esse, nunquam ita se fuisse versatum in Papistarum castris, quin eorum impietati resisteret, ac qualecunque susciperet piæ doctrinæ patrocinium. Si *Sadoletus* eum *Avenione* quietum esse non patiebatur, quin illi capitis periculum crearet, an passus fuisset a *suo Molendino* * salvum abire? Horum quidquam si negat, adhuc proferentur schedæ illæ quibus gratificari *Argentinensibus* voluit. »

* *Le Moulin* ou *le Moulinet* était sans doute le nom de la villa que le Cardinal possédait près de Carpentras, et qui a été mentionnée dans le t. V, p. 264, note 12

Ad hunc itaque modum *Karolus* nobis suum casum et in eo Domini misericordiam exposuit, oravitque per Christum veniam omnium quæ, vel à nostris ecclesiis ad hostes Christi se conferendo, vel nostras ecclesias per *bullam illam* vel alias quocunque modo criminando, aut saltem non ut oportebat defendendo, et apud adversarios hærendo, aut quovis pacto alio, toto illo tempore suæ perturbationis, peccasse[t], quum [l. quorum?] ipse sibi conscius esse posset, tum vel nobis vel aliis videretur. Abjurabat disertè et graviter omnem consensum cum papa romano et cum cunctis ejus creaturis et administris, qui illi in ista in qua est regni Christi oppressione sanctorumque persecutione conspirant, et verissimis antichristis : quos universos et singulos, dum in ista sceleratissima et immanissima ecclesiarum devastatione et evangelii Christi oppugnatione persevera[n]t, coram Domino et nobis anathemate devovebat, seseque pro veritate Christi, de qua ipsi nobiscum non [l. modò] convenisset, ac omnium instauratione ecclesiarum staturum nobiscum ac pugnaturum [pollicebatur], pro portione spiritus Christi quæ ipsi contigisset, dum uti se Dominus in hoc ministerio et in hac vita dignetur, quà papam et cunctos antichristos impietatisque assertores [damnet], sanctos licet [l. scilicet] qui dispersi sub istorum tyrannide sunt, ut omnes filios Dei vera caritate et Christi visceribus amplectatur et salvos optet.

Postquam igitur, ad hunc quem præmisimus modum, *de omni doctrina Christi ejusque administratione Carolo nobiscum convenisset, suumque lapsum,* cum in recedendo à nobis et nostros traducendo, tum se ad hostes Christi recipiendo, veniamque ab illis quòd apud nos fuisset petendo, et quidquid in ista sua perturbatione peccavit, *ingenuè confessus esset, antichristosque et cunctam illorum impietatem disertè damnasset,* seseque constanter posthac perstiturum atque dimicaturum nobiscum contra papisticam et omnes religionis nostræ perversiones et pestes pollicitus esset, gravi etiam exilio et multis ærumnis lapsus sui pœnas dedisset; denique cum iis ipsis fratribus cum quibus certamen gravius habuit et à quibus ad Pontificios discessit, jam in gratiam rediisset, de quo illorum literas dudum acceperamus [14], quique petebant ipsi Christi lenitatem et caritatem benignè impendi, — *visum nobis est, esse lenitatis et dilectionis christianæ fratri sic nobiscum de regno Christi consen-*

[14] L'une de ces lettres avait été écrite par Guillaume Farel, vers la fin de juillet 1539 (Voy. t. V, p. 370, 371).

tienti ejusque se propugnationi addicenti, casumque suum cognoscenti, veniam præcipitationis suæ et reconciliationem cum ecclesiis Christi, quam tantopere flagitabat, nequaquam denegare.

Proinde, quantùm ad nos attinere potest, et salva confirmataque ea conventione qua Agathopoli à fratribus nostris in gratiam receptus est [15] *et consensionem Christi admissus, in nomine Christi remissionem peccatorum suorum addiximus, nostræque eum ecclesiæ ac nobis reconcilia[vi]mus, et ut fratrem et symmystam amplexi sumus :* quod etiam eò fecimus libentiùs quòd evidentibus argumentis deprehendimus eum, dum apud adversarios fuit, Christum prædicare non destitisse, atque quàm primùm ipsi hujus facultas planè negari cœpit, rectà ad nos rediisse, potiusque dixisse [l. duxisse] apud nos in libera sinceraque Christi confessione cum summa vivere paupertate et gravibus exerceri ærumnis, homo jam pauló minor sexagenario, quàm apud Ἀντιχρίστους honoribus affluere et delitiis. Dominus Jesus eum et nos omnes conservet et spiritu suo in dies augeat! Amen.

Volphgangus Capito. P. Karolus.
Martinus Bucerus.
Casparus Hoedio.
Matthias Zell.
Joannes Calvinus.
Jacobus Bedrotus.
Joannes Sturmius.

(Datum pro copia [16].)

[15] Voyez, dans le t. V, p. 457-462, le procès-verbal de la *conférence de la Bonneville* ou *Neuveville*, et le N° 823, note 14.

[16] Calvin parle en ces termes des Actes originaux de la *conférence de Strasbourg :* « Acta de his rebus confecta... Quis fidem horum Actorum faciet? Ipsa *Caroli* manus. Sicut enim exemplar unum habuit ab illis [scil. ministris Argentinensis ecclesiæ] subscriptum, ita alterum manu sua consignatum apud eos reliquit. Quod hodie quoque servant » (Adversus P. Caroli calumnias... N. Gallasii Defensio, etc. 1545, p. 12-13).

823

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg, 8 octobre 1539.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, X, P. II, p. 396.

Ego cum his diebus novum subinde argumentum scribendi occurreret, *abstinere à scribendo volui, donec ad exitum aliquem perductum esset Caroli negocium*[1] *: cujus tractatio nostros distinebat, me verò cura vehementer anxium habebat.* Non visum est *Bucero* expedire ut ullis actionibus interessem, donec ventum foret ad spem aliquam concordiæ, vel saltem inclinatio aliqua in utramvis partem facta esset. Id à me impetrari non difficulter passus sum, ne quid asperiùs dicerem, quod majores etiamnum turbas excitaret. Et hoc ipse expetere videbatur, quò liberior esset adversùm nos dicendi locus.

Incœperunt, quantùm intelligere potui, à doctrina : sciscitati enim sunt num quid in ea quam prædicamus fide desideraret? Ille de certis capitibus contulit, quæ ordine recensentur in *Actis* quæ postea perscripta sunt et nostra subscriptione comprobata[2]. *Inde ad ejus defectionem descenderunt,* quæ erat epitasis actionis. Conatus est modis omnibus excusare. Jactabat enim justissimam causam se initio contra nos suscepisse : non enim protinus ad accusationem prorupisse, sed amicè postulasse ut subscriberemus *tribus symbolis*[3]. Nos verò non tantùm detrectasse, sed vexasse multis cachinnis symbola illa, quæ perpetua bonorum consensione authoritatem firmam in Ecclesia semper habuerunt. Exceperunt *nostri* non tamen fuisse illi causam cur ad Papistas deficeret. Deinde severissimè castigatum hortati sunt ad resipiscentiam.

[1]-[2] Voyez la pièce précédente.

[3] A comparer avec les Nos 610, renvoi de note 11 ; 638, second paragraphe ; 640, renvois de note 5, 6.

Cum vocatus essem, respondi ad ejus objecta. Et primùm quidem totam rem ut erat ab initio exposui. De Symbolis[4] *nos purgare paulò fuit difficilius :* erat enim illud odiosum, nos ea repudiasse quæ, cum totius Ecclesiæ suffragiis sint recepta, extra controversiam esse debent. Quamquam id quoque diluere promtum erat, nos non respuisse, multò minùs improbasse, sed ideo tantùm detrectasse subscriptionem, ne ille, quod captaverat, de ministerio nostro triumpharet[5]. Manebat tamen semper aliquid invidiæ. Præsertim verò id favorem illi conciliabat, quòd paulò antequam nos vexasset, receptus fuerat in ministerium *Claudius*[6], quem constabat ab omnibus ecclesiis fuisse toties jure damnatum[7]. Ergo *tametsi malitiosè fecisse ipsum ostendebam, efficere non potui, ne prætextum*

[4] Après *Symbolis*, on lit les mots suivants, qui ont été biffés par Calvin : « respondi ; diluere studui quod erat maximè odiosum : nos illa respuisse negavi. »

[5] A comparer avec le N° 654, fin du second paragraphe.

[6-7] Un pasteur condamné en 1534 et en 1535 par la plupart des églises réformées de la Suisse et par celles de Constance, d'Ulm, de Strasbourg, de Wittemberg, avait été réintégré, au mois de mai 1537, par le synode de Lausanne. C'était *Claude d'Aliod*, l'antitrinitaire. *Calvin* fait un léger anachronisme en disant qu'il fut admis « peu de temps *avant* » les attaques de *Caroli*, puisque celles-ci remontaient au mois de janvier 1537 (Voy. t. III, p. 172, 173, 174, 308; IV, 235; V, 437).

Les nouveaux éditeurs de Calvin disent, au contraire, p. 397, n. 4 : « *Glandineus*, nunc in *agro Vadensi* minister. » Cette assertion ne nous semble pas fondée. *Claude de Glantinis*, censuré en 1536 par le synode d'Yverdon, fut excommunié par l'Église de Neuchâtel en décembre 1538, et réintégré seulement en 1539 (Voy. t. IV, p. 64, renv. de n. 20-22; V, 206, renv. de n. 12; 447, n. 2). Il n'avait pas, d'ailleurs, la fâcheuse notoriété de *Claude d'Aliod*, et ce n'est pas de lui qu'on aurait pu dire : « il a été condamné tant de fois par toutes les églises. »

Quant à la dénomination de *Vadensis*, donnée au *Pays de Vaud* par les éditeurs de Calvin, elle est absolument nouvelle et sans fondement. Dès le sixième siècle, le Pays de Vaud est appelé dans les chartes *pagus Waldensis*, *comitatus Waldensis*, et lorsque plus tard les notaires lui donnent le nom de *patria Waudi,* l'adjectif précité ne varie pas. Devenu canton indépendant, il a eu soin de rappeler, sur le titre de ses chrestomathies latines (1811), qu'elles étaient publiées « in usum scholarum *Pagi Valdensis* » (Voyez Ruchat. Abrégé de l'Hist. ecclés. du Pays de Vaud. Lausanne, 1838, p. 30, 111-113, 140. — Juste Olivier. Le canton de Vaud, sa vie et son histoire, 1837, p. 126-146, 1191, 1192. — Mémorial de Fribourg, année 1857, p. 342. — Dictionnaire de Géographie anc. et moderne, à l'usage du libraire... par un bibliophile. Paris, 1870, col. 1300).

aliquem habuisse videretur nos impetendi. De battalogiis [8] satisfacere meum fuit. Ego verò nullo negocio comprobavi esse illic battalogiam. Confessus tamen sum me non fuisse dicturum, nisi ejus improbitate coactus fuissem. Sed volumen conscribere opus esset, si referre omnia vellem. Summam enim totius nostræ contentionis retexui, ac ita ordine digessi, ut facilè appareret, malum à nobis non prodiisse.

Nunquam meliùs sensi quantopere nos gravassent suis delationibus *amici nostri Bernenses* quos nosti [9]. *Nemo erat nostrorum qui de innocentia nostra dubitaret. Vexabant me tamen de Symbolis, quòd subscribere noluissemus, cum id sine periculo esset, ac nos magna suspitione eximere posset. Consilium ergo nostrum uno ore improbabant.* Hæc absente *Carolo.* Rogavit deinde *Bucerus* ut ea omnia notarem in quibus deliquisset. Id nolui. Habebat enim semper aliquid quo vel elaberetur vel extenuaret delictum. Quando igitur nihil profuturum me videbam ea ratione, prætexui me no[l]le instruere contra eum accusationem; satis mihi esse, si se peccasse profiteretur ex animo. Verùm quia exitum mihi fore difficilem providebam, nihil magis urgebam, quàm ut sine me transigerent. Nihil me velle impedire, modò ne assentiri cogerer. Hoc quia existimabant esse summum impedimentum, non concesserunt.

Confecti ergo sunt articuli, in quibus nonnulla ipse deprecatus est, quæ ejus rogatu fuerunt expuncta. Tum ad me missi fuerunt multa nocte. Cum legissem, uno loco sic fui consternatus, ut non meminerim toto hoc anno majori in mœrore fuisse. Postridie manè vocavi ad me *Sturmium* [10]. Dolorem illi meum exposui. Retulit ille ad *Bucerum.* Condixerunt mihi horam in ædibus *Matthiæ* [11]; qua exponerem quid me gravaret. *Illic graviter peccavi, quòd non potui modum tenere. Ita enim totam mentem meam occupaverat bilis, ut omni ex parte acerbitatem effunderem. Et erat sanè aliqua indignationis causa, si adhibita fuisset moderatio.* Expostulabam quòd, *Carolo* jam abituriente, defungendi causam [l. causâ] *illos articulos* mihi obtulissent; quòd pronunciarent bonos sibi videri, me inau-

[8] Allusion à ces formules du symbole de Nicée : « Credimus in unum Deum... et in unum Dominum Jesum Christum... *Deum ex Deo*, *lumen ex lumine*, *Deum verum ex Deo vero...* » (Voyez t. V, p. 458, troisième paragraphe).

[9] *Pierre Kuntz* et *Sébastien Meyer* (T. IV, p. 344, 345 ; t. V, p. 22-24, 27, 28).

[10] Le professeur *Jean Sturm*, ami intime de Calvin.

[11] Le pasteur *Matthias Zell.*

dito; quòd, sententia jam lata, subscriptionem à me peterent, quam si recusarem illos adversarios essem habiturus. *Res* tamen *ipsa præcipuè me commovebat: quòd illic dicebat Carolus se commendare Domino offensiones quibus impulsus ad defectionem fuerat, ideoque commendare quòd ex parte ad alios pertinerent. Clausula orationis meæ fuit: Mihi decretum esse potiùs perire quàm illud obsignare.* Illic tantus utrinque fervor fuit, ut non fuerim futurus asperior in *Carolum* ipsum, si adfuisset. Tandem proripui me ex cœnaculo. Secutus est *Bucerus*, qui postquam me suis sermonibus mitigavit, retraxit ad alios. Dixi me velle ampliùs considerare antequam planè responderem.

Ubi domum redii, correptus sum mirabili paroxysmo. Nec aliud solatii occurrebat, quàm in gemitu et lachrymis. Eoque magis excruciabar, quòd tu mihi istorum malorum causa eras. Identidem enim mihi exprobrabant tuam lenitatem, qui clementer statim *Carolum* amplexus esses. Me nimis esse capitosum, qui nihil moverer isto præjudicio. *Bucerus* omnes personas quidem induebat, ut animum meum emolliret; sed exemplum tuum interim mihi invidiosè objectabat. Neque verò excusare hîc potes vel incogitantiam vel nimiam facilitatem [12]. Atque, ut ingenuè loquar, majorem et gravitatem et constantiam et moderationem in te meritò quis desideret. Institerunt tibi boni fratres, ut illum reciperes in gratiam. Hîc non cessisti, sed prorsùs concidisti. Animadvertisti pauló post lapsum. Pœnituit. Atqui sine pœnitentia recipere ipsum poteras, nisi modum excessisses. Patere ergo me solatium aliquod capere ex tuæ culpæ accusatione, quæ mihi tantopere incommodavit. Quòd si coram appellare te potuissem, convertissem in te totam illam intemperiem quam in alios effudi.

Postquam me aliquantulùm recepi, vocavi ad me *Jacobum* [13]; sciscitatus sum quid cum eo actum esset. Quædam retulit, quæ mihi animum excitarunt. Itaque *postulavi, ut locus ille induceretur ubi*

[12] C'était pourtant *Calvin* qui écrivait à Farel, deux mois auparavant: « Adii *Bucerum*, recitavi tuas literas, quibus fuit exhilaratus, præsertim quòd tanta in *Carolum* te esse lenitate cerneret... *Nobis certè omnibus gratissima fuit tua hæc mansuetudo*, quæ nihil mali ecclesiis afferre poterit... » (T. V, p. 370, 371.) Voyez la note 14.

[13] D'après l'édition de Brunswick (p. 399, note 15), ce serait le professeur *Jacques Bédrot*, l'un des signataires de la pièce précédente. Mais *Calvin* ne le désigne jamais que par son nom de famille. Ne s'agirait-il pas plutôt de ce *Jacobus* dont Calvin transmet les salutations à Farel (renvoi de note 25)?

defectionis suæ culpam in alios derivabat, utque nominatim confirmarentur illæ conditiones quibus receptus fuerat à vobis in gratiam Agathopoli[14]. Aliquid meliùs effecissem, nisi me impedisses. Tibi ergo imputa si quid est vitii. Primùm, quòd non ea qua decebat moderatione reconciliationem temperasti : ut non nisi cum solenni lapsus ac resipiscentiæ testificatione ipsum recepisses : deinde quòd non mihi perscripsisti omnia ut acta fuerant[15]. Spero tamen *scriptum*, ut nunc est, fore tibi tolerabile. Sed magno mihi constitit.

Restat nunc ut quando eum recepimus in gratiam, constanter in ea perstemus. Nam si non debuimus abjicere, omni studio est retinendus. Id non aliter fiet, quàm si tuos omnes retineas, ne illi insultent. *Scriptum* simul ac descriptum fuerit, ad te perferetur. Illic satis firmis vinculis constrictus est, ne quid novi moliatur. Tantùm vos eam illi mansuetudinem servate, quam præmaturè exhibuistis. Sed hæc et reliqua persequar cum *scriptum* mittetur. Nunc volui tibi paucis indicare, quem finem habuerit ista causa.

Nunc *Carolus* ad *Rognacum*[16] profectus est, quo consilio non habeo compertum, nisi ut secessum aliquem sibi quæreret[17], donec

[14] Les collègues de Calvin lui accordèrent sa demande. Aussi les Actes de la conférence de Strasbourg contiennent-ils (N° 822, renv. de n. 15) la mention des engagements que *Pierre Caroli* avait contractés, en se réconciliant avec les pasteurs neuchâtelois. Le vieux docteur de Sorbonne dut sourire de cette précaution : il n'avait pris aucun engagement formel dans *la conférence de la Neuveville.* Les pasteurs neuchâtelois ne lui avaient fait signer aucune déclaration, et ils s'étaient bornés à constater l'adhésion de *Caroli* à la doctrine des Réformateurs, son désir de vivre en paix avec ses anciens collègues et de contribuer à l'édification des églises. *Farel* s'était empressé de communiquer à *Calvin* cette bonne nouvelle, et, sans le vouloir, il l'avait induit en erreur sur les résultats de la conférence précitée (Voyez la note 12, les N°s 811, n. 3; 830, renv. de n. 112, les pp. 352-354, 457-462 du t. V, les lettres du 10 janvier et du 6 février 1540).

[15] Dans sa lettre du 21 octobre suivant, Farel fit droit à ce grief.

[16] Le traducteur anglais des Lettres de Calvin a pris un nom d'homme pour un nom de lieu, et il envoie directement *Caroli* à *Rognac*, bourg situé en Provence, à 5 lieues environ de la ville d'Aix. *M. de Rognac* était issu d'une famille brabançonne; il habitait le château de *Linchant* dans les Ardennes et ne possédait aucune seigneurie en Provence (Voy. t. V, p. 248, 452, 463). Les seigneurs du bourg de *Rognac*, au XVIme siècle, étaient de la famille provençale des *d'Arbaud* (Voy. le Dict. de la Noblesse de France par F.-A. de La Chesnaye des Bois. Paris, 1770-86, t. I, p. 336-337.— Ludovic Lalanne. Dict. hist. de la France, p. 97, 1573).

[17] *Caroli*, cherchant une retraite écartée, n'aurait pu trouver mieux que le château de *Linchant*, situé en dehors du royaume de France, d'où il se disait « banni » (Voy. t. V, p. 459, lig. 7-8).

apud vos sit agendi locus. Profectus est cum eo *Alexander*[18], quem ex sententia *Barbarini*[19] se comitem sumpsisse excusavit. Ab illo autem non erat cur vel tibi vel nobis timeres. Non enim ea sumus *hic* facilitate, ut eos amplexemur quos aliæ ecclesiæ excommunicarunt[20]. Petiit quidem ille quoque audiri. Sed ocium non erat. In reditu si petierit, non intercedam quominus audiatur: modò antea mihi consignes totam ejus historiam[21], quò possit pro dignitate excipi.

Tuis literis brevi respondebo. Corripuit enim me gravis catarrhus qui plura nunc scribere non patitur. Hic qui meas tibi literas reddit, commendatus nobis fuerat a Domino *Rognacensi*[22], in cujus gratiam conati sumus illi reperire conditionem. Sed non potuimus. Inter opificia magis inclinabat animus ad artem concinnandorum librorum. Nunc istuc profectus est, quò omnia experiatur. Cupio tibi esse commendatum et spero. Dignus enim est *Rognacensis* in cujus gratiam et hoc et plura. Omnes te amicissimè salutant. Præcipuè *Capito, Buc.*[*erus*], *Sturmius, Pedrot* [*us*], *Claudius*[23], *Gaspar*[24], *Jacobus cum suo comite*[25], *Enardus*[26] et omnes *Galli*. Quia scio te satis assuefactum esse meæ asperitati, non excusabo quòd inciviliùs æquo tecum egerim. Saluta mihi omnes fratres. Præcipuè *Corderium* et *Capunculum* et *Thomam*[27]. De *epistola Sadoleti*, fac

[18] *Alexandre le Bel*, ex-pasteur de St-Aubin, dans le comté de Neuchâtel.

[19] *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri.

[20] A comparer avec le t. V, p. 206, renvoi de note 12.

[21] Les antécédents d'*Alexandre le Bel* sont passés en revue dans la lettre de Farel du 21 octobre.

[22] Calvin l'appelle ordinairement *Rognacus* (Voy. sa lettre du 6 février 1540). Le nom du sieur *de Rognac* est latinisé de la même manière par de Thou.

[23] *Claude de Fer* (ou *Féray?*) jeune helléniste français réfugié à Strasbourg, où il remplaça plus d'une fois le professeur de grec, *Jacques Bédrot* (Voy. Ch. Schmidt, o. c. p. 76).

[24] *Gaspard Carmel.*

[25] Nous avons quelques raisons de croire que *Jacobus* désigne *Jacques Sorel*, natif de Sézanne en Brie, et que son *compagnon* était *Robert le Louvat*, ancien chanoine, originaire de la même ville (Voyez la lettre de Farel du 16 avril 1540. — Charles Recordon. Le Protestantisme en Champagne. Paris, 1863, p. 91, 92, 159, 243). *Farel* avait-il fait leur connaissance, lors de son dernier voyage à *Strasbourg* (juin 1539, t. V, p. 341, n. 14), ou bien *Jacques Sorel* avait-il déjà prêché l'Évangile dans le pays de *Neuchâtel* pendant cette même année 1539?

[26] *Eynard Pichon.*

[27] *Mathurin Cordier*, *Jean Chaponneau* et *Thomas Barbarin.*

quod visum fuerit[28] : quid tamen feceris significa. *Corderius rem mihi magnopere gratam faciet, si Psalmos quos habet descriptos mihi curaverit*[29]. 8 Octob. Argent. 1539[30].

CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Optimo fratri meo Farello, Neocomensis ecclesiæ pastori fidelissimo.

824

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Strasbourg, 8 octobre (1539[1]).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, X, P. II, p. 401.

Cum literæ tuæ[2] venerunt, jam secundus ad *Principes* nuntius dimissus erat, per quem *nostri petierunt illam de qua priùs egerant*

[28] S'agissait-il de quelques exemplaires de *l'Épître de Sadolet* suivie de la *Réponse de Calvin* (N° 814), ou bien de l'une des lettres de ce cardinal que *Pierre Caroli* aurait laissée entre les mains des pasteurs de Strasbourg (N° 822, fin de la note 13)?

[29] A défaut de preuves positives, nous avons énuméré, t. V, p. 452, les indices qui nous disposaient à croire que *le recueil de psaumes* préparé par *Calvin*, dans l'automne de 1538, dut être publié au commencement de l'année 1539. L'existence de cette première édition vient d'être constatée par M. le pasteur O. Douen (op. cit. t. I, p. 300-315), qui a signalé et décrit en détail une plaquette de 63 pages in-16, portant le titre que voici : « *Aulcuns* | *Pseaulmes et Cantiques* | *mys en chant.* | *A Strasburg*, | *1539.*»

En demandant à *Mathurin Cordier* de lui envoyer les *psaumes* qu'il avait recueillis et *copiés*, *Calvin* songeait évidemment à une deuxième édition du *Psautier* précité. Nous ignorons si elle a vu le jour.

[30] Le millésime est de la main de *Farel*. Au verso, sous l'adresse, on lit encore ces mots de la même main : « 8 Octobris 1539. *De Carolo.* »

[1] Le traducteur anglais des Lettres de Calvin (t. I, n° 51) date inexactement du 8 octobre *1540*. Le millésime n'existe pas dans le manuscrit original ; mais le contenu de l'épître indique évidemment qu'elle est de l'année 1539.

[2] Lettre perdue.

legationem[3] : *deinde alteram quoque ad Anglum mitti*[4], qui duos Episcopos et multos Doctores in carcere detinet[5], quòd furiosis ejus decretis subscribere recusarint[6]. *Ne dubites*, mi Virete, *rem Senatui nostro cordi esse. De nobis taceo, quos tamen cura bonorum fratrum propiùs afficit quàm existimes*[7]. Si verba vobis dari putas, quoties successum quem optas non cernis, non satis cogitas quid à nobis sit expectandum. Atque, ut scias istam tarditatem negligentiæ nostræ minimè posse imputari, *Senatus* quoque *noster* valde miratur, non remitti sibi nuncium cum qualicumque saltem responso, nec dubitat præsenti rerum conditione impediri *Principes*, quominus certum aliquid statuant.

[3] Voyez le N° 818, note 27.

[4] Voyez, sur les rapports des princes protestants avec *Henri VIII*, les Nos 752, note 47; 772, note 54. Ils lui envoyèrent, vers la fin de novembre 1539, une nouvelle ambassade, qui devait accompagner la princesse *Anne de Clèves*, sa fiancée. Mais déjà le 1er novembre, *Mélanchthon* avait écrit au Roi pour réfuter *les six articles* (Voy. n. 6) et lui faire connaître la pénible impression que ses ordonnances avaient produite en Allemagne (Voyez Melanthonis Opera, ed. Bretschneider, III, 804-819. — Seckendorf. Commentarius de Lutheranismo, 1694, III, 225-228).

[5] *Hugues Latimer*, évêque de Worcester, et *Nicolas Shaxton*, évêque de Salisbury, ayant parlé très vivement contre *la loi des six articles* (note 6), durent résigner leur évêché en juillet 1539 et subirent une longue détention. Cinq cents personnes furent emprisonnées à la même époque, pour infractions réelles ou supposées à la susdite loi (Voyez Burnet. Hist. de la Réf. de l'Église d'Angleterre. Londres, 1683, I, 365, 507. — Lingard. Hist. d'Angleterre, VI, 438).

[6] « Pour empêcher une diversité d'opinions, en certains articles de la Religion chrétienne, » *Henri VIII* avait imaginé de faire accepter au Parlement (juin 1539) une loi qui se composait des *six articles* suivants : « *1*. Le corps de Jésus-Christ est véritablement présent dans l'eucharistie, sous la forme et non la substance du pain et du vin. *2*. La communion sous les deux espèces n'est pas nécessaire pour le salut. *3*. La loi de Dieu interdit aux prêtres le mariage. *4*. Les vœux de chasteté doivent être observés. *5*. Les messes privées ont leur fondement dans l'Écriture et sont d'un grand secours. *6*. La confession auriculaire est utile et même nécessaire. »

Cette loi édictait des pénalités terribles. Parler, écrire ou disputer contre l'un de ces articles, enfreindre le 3e ou le 4e, négliger la confession et le sacrement entraînait, pour les coupables, l'emprisonnement, la confiscation et, dans la plupart des cas, la mort. Même le bénéfice de l'abjuration leur était refusé (Voy. Burnet, o. c. I, 354-356. — Lingard, o. c. VI, 436, 437. — Merle d'Aubigné, o. c. VIII, 226-231).

[7] Voyez, sur les récentes démarches de *Viret* et des *Strasbourgeois* en faveur des *Évangéliques de France*, les Nos 804, note 4; 811, deuxième paragraphe et note 6; 812, n. 1; 818, renvois de note 24-27.

Edictum Regis[8] *transtuli*, ac curavi describendum. Nihil negligimus, sed non semper assequimur nostra diligentia quod bonis omnibus optandum esset. Novum quoque impedimentum nuper accessit ex *contentione Comitis Guillelmi cum militiæ et aulæ Regiæ Præfecto*[9], quæ utinam tandem aliquid boni pariat! Simul atque allatum fuerit responsum, quodcunque erit vobis indicabo. Utinam voto nostro respondeat! *Quæ ex aliis Galliæ partibus afferuntur literæ nullam mentionem edicti faciunt*[10], et sanè, inter vertendum, nonnullam mihi suspicionem injecit compositio, quæ sapere aulicam elegantiam non videbatur. Id tamen apud me continui, ne *fratrum* periculo minùs diligenter consuleretur.

Cum *Carolo* quibus legibus *nostri* transegerint, posthac ex lectione rescisces[11]. Nunc quoque nonnulla scribo ad *Farellum*[12] quæ communicare tecum poterit. Ego more meo coactus sum sustinere totam invidiæ molem. Quia tamen res confecta est, dabis ipse quoque operam ut omnes veteres offensæ aboleantur. Vale, mi frater. Argent. 8 Octob. (1539). Salutant te omnes fratres, *Capito, Bucerus, Sturmius* et reliqui.

CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Optimo et suavissimo fratri meo Petro Vireto, Lausannensis Ecclesiæ fidelissimo pastori.

[8] Calvin fait sans doute allusion à *l'édit de François I du 24 juin 1539*, dont nous avons donné un extrait, t. V, p. 371, 372. Il était adressé « aux cours souveraines, » c'est-à-dire à tous les parlements du royaume.

[9] Le comte *Guillaume de Furstemberg* et *Anne de Montmorency*, connétable et grand maître de France. Voyez, pour les détails, les lettres de Calvin du 27 octobre et du 20 novembre.

[10] C'est du *Dauphiné* ou de la *Provence* que les pasteurs de Lausanne avaient dû recevoir une copie de l'édit du 24 juin 1539. Les Français des *autres* provinces pouvaient très bien ignorer encore, au mois de septembre, l'existence de ce nouvel édit. Intentionnellement, ou à cause de la multiplicité des affaires, les parlements ne vérifiaient parfois les édits royaux et ne les publiaient que plusieurs mois après la date de leur réception. Les Annales de Toulouse par La Faille, I, 109, 110, nous en fournissent un exemple, à l'année 1538 : « L'Hérésie prenant de nouvelles forces dans le royaume, le Roy fit un nouvel édit plus rigoureux encore que les précédents contre les Hérétiques et leurs fauteurs : C'est l'édit du *10 Décembre 1538*. Il ne fut vérifié au parlement de *Toulouse* que le *vingt-unième d'Avril* de l'année d'après. »

[11] C'est-à-dire, par la lecture des *actes* (N° 822).

[12] Voyez la pièce précédente.

825

MARTIN BUCER à Louis du Tillet, à Paris [1].

De Strasbourg, 8 octobre 1539.

Inédite. Copie. Bibl. Nationale de Paris. Mscr. français, nº 2391. Communiquée par M. Henri-L. Bordier.

Bucerus Ludovico suo.

Gratia et pax verumque de religione judicium, vir in Domino verè amantissime, si quidem Domini Jesu, ita ut polliceris, esse perseveraveris!

Literæ tuæ me valde conturbarunt quas hisce diebus ad me dedisti 18 Septemb. [2] Testaris enim te in multis hodie à me dissentire,

[1] Le manuscrit cité comme source renferme quatre épîtres de *Bucer* à Louis du Tillet, datées du 27 septembre (1538), du 2 mai 1539, du 8 octobre, même année, et du 20 octobre. Celle que nous publions résume, en partie, les trois autres et peut servir de complément à la correspondance de *Calvin* avec *Louis du Tillet.* La dernière lettre de celui-ci (oct. ou déc. 1538) ayant précipité leur rupture, *Calvin* dut être satisfait en voyant continuer, sur un ton plus calme et sans personnalités blessantes, un débat où il se sentait gêné par le souvenir des services qu'il avait reçus de son correspondant (Voy. Nᵒˢ 742, 759, n. 12, 14; 784, renv. de note 13-15). Il est, en effet, bien peu probable que *Bucer*, ami et collègue de *Calvin*, lui fît un mystère des lettres de L. du Tillet et de ses propres réponses. On est d'autant moins autorisé à le croire, que les paroles suivantes de Bucer, écrites le 27 septembre (1538), font allusion à certaines lettres protestantes que L. du Tillet lui aurait communiquées : « *Buc. Ludovico suo* S. D. Gratissima sunt quæ scribis, tam ea quæ alii contra nos, quàm *quæ alii pro nobis...* » Quelles seraient ces dernières lettres, sinon celles de Calvin à son ancien ami d'Angoulême, qui en aurait traduit et cité des passages en écrivant à Bucer ?

[2] On lit, en tête de la copie contemporaine, l'avertissement suivant : « Interim, dum proximè præcedentem epistolam, multis aliis negotiis occupatus, tantùm succisivis horis *Lud.*[*ovicus*] scribebat, *audivit se delatum esse apud Bucerum*, quòd omnino a Christo abalienatus esset, et nullis non superstitionibus et impietatibus se immisceret ac contaminaret. Alia

novasque rationes quibus respondi his objectionibus quas anno superiore, 8 Septemb., ad me perscripsisti [3], tanquam à viris bonis profectas, tibi non satisfacere. Homo sum, mi frater (spero, feres adhuc istam appellationem), labi possum; certus tamen sum coram Domino nostro Jesu Christo, me de summa religionis rectè sentire, et eum non posse Christi esse qui de ea non idem judicet. *Quò* autem *magis studeo de omni doctrina Christi id sentire quod sentit Christus ipse, quòque magis te amo salutisque tuæ sum cupidus, hoc magis cruciat quòd hodie in multis te dissentire à me scribis, qui cum hinc discederes tam pulchrè consentiebas in omnibus* [4], *ita sanè*

itaque parvula epistola ipse *Lud.*[*ovicus*] *Buc.*[*erum*] interpellavit, ne falsis hujusmodi delationibus fidem haberet, et, ut astruxit se [in] Dei gratia esse et in Christo se perseverare, ita etiam *non abnegavit se jam in pluribus a Bucero dissentire*, nec sibi per hujus literas [scil. 2ª Maii datas] satisfactum fuisse, quibus responsionem parabat, quam se missurum cum primùm absoluta esset pollicebatur. *Hac* verò *parvula epistola accepta*, *Bucerus* sequentes scripsit. »

L'épître de *L. du Tillet* que l'avertissement précité désigne par ces mots : « *proximè præcedentem epistolam*, » ne compte pas moins de 20 pages d'une écriture minuscule et serrée. Elle traite de la foi, de la justification et des œuvres, selon les principes énoncés dans la lettre du 9 septembre 1538 (note 3). Le ton en est modéré, le style clair, mais peu élégant. C'est une dissertation assez froide, et qui dut parvenir tardivement à *Bucer*, car il n'y fait aucune allusion dans ses lettres du 8 et du 20 octobre.

[3] Cette lettre de L. du Tillet est datée : « Lutetiæ, 9 septembris 1538. » La copie originale n'en donne que la dernière partie, dont voici les principaux passages : « Porrò quemadmodum *illi* [scil. viri docti et pii] concedunt sine fide neminem justificari posse, ita etiam hæc *bona opera* quæ in fide per spiritum Domini fiunt non solùm ad justitiam pertinere, sed etiam *justitiam* esse volunt. Quæ Paulus de justificatione fidei scribit adversùs falsam et perversam Judæorum, Christum abnegantium, de operibus sententiam, intelligenda esse dicunt de *fide formata*, hoc est, quæ sit efficax per charitatem. Et licet Paulus solam nominet *fidem*, intelligunt tamen ipsum ab ea non excludere *spem* et *charitatem*, quas simul adesse oporteat, ut sine quibus nemo Deo acceptus esse potest. Asseverant autem *Lutheri, et eorum qui cum ipso faciunt, doctrinam de justificatione, in vanis animi cogitationibus et opinionibus justitiam quærere et collocare*, utcunque multis in locis opera valde commendare et ea tanquam ad hanc externam vitam necessaria à fidelibus exigere videatur... »

Bucer fit deux réponses à la lettre précitée. La première est datée du 27 septembre (1538). Nous en avons déjà reproduit quelques fragments, note 1, et t. V, p. 187, 188. La seconde est du 2 mai 1539 (Voy. N° 821, fin des notes 14-15).

[4] A comparer avec le N° 680, renvois de note 7, 8, 10, 11.

mentem tuam ego intellexi. Faxit Christus ut ista mutatio sententiæ quo sit facta spiritu agnoscas! Interim per Christum Dominum te obsecro scribas per hunc nuncium, et quænam illa multa sint in quibus hodie à me dissentis, et quæ te ut sic dissentias rationes commoverunt [5]. Postremò quæ argumentis meis, quibus objectiones illas ad me perscriptas repuli, inesse vitia deprehenderis.

Relegi litteras quibus ea objecta ad me superiori anno perscripsisti [6]. Quid autem ego responderim ad manum non est. Nulla enim retinere soleo istorum scriptorum exempla, quia desunt amanuenses et occupationes non permittunt spatium describendi. Quò verò possis certus ostendere quid in rationibus meis desideres, volo eas hîc paucis repetere.

Scribis quatuor maximè nobis Germanis crimina objici: Primum, quòd ecclesiam Christi à qua secessimus impugnamus. *Alterum,* quòd ex observationibus Ecclesiæ rejecerimus, tanquam per se impia, quæ sint in se optima, contempto et offendiculo quod ista audacia bonis objecerimus, et consensu Ecclesiæ quo illæ observationes sint constitutæ atque serventur. *Tertium,* quòd bona ecclesiarum nostri diripiant. *Quartum,* quòd multa vera dogmata perverterimus et oppugnaverimus, falsaque contrà tradiderimus et contumaciter defendamus [7].

Ad primum respondeo, mi frater, *id nobis falsissimè impingi. Neque enim ab ecclesia Christi secessimus neque eam oppugnamus.* Quæso te, quid est ecclesia Christi? Nunquid est corpus Christi, membra Christi, capiti Christo vera fide adhærentia, quæque ejus spiritu agitantur et vivunt? Lege, obsecro, diligenter quæ divus Paulus de ecclesia Christi scribit, Ephes. 4 et 5 et similibus locis. Jam quid vocabis ab ecclesia Christi secedere aut eam impugnare? Certè, si vera fide Christi, quæ per dilectionem efficax sit, Christi membra sumus, per eandem et in Ecclesia sumus. Hæc fides, hæc dilectio externè quoque conjungunt sanctos inter se, fateor, at quibus in rebus? numquid confessione Christi, usu doctrinæ sanctæ et sacramentorum legitimo, communioneque disciplinæ ecclesias-

[5] La longue épître de L. du Tillet composée en août, septembre et octobre 1539 (Voy. la fin de la n. 2) ne renferme aucune réponse à cette question spéciale de Bucer.

[6] Il n'existe, de l'année 1538, qu'une seule lettre de L. du Tillet à Bucer : celle du 9 septembre (note 3).

[7] Ces griefs étaient sans doute exposés au commencement de la lettre du 9 septembre 1538 (n. 3, 6).

ticæ? Atqui nos Christum ita credimus et confitemur ut eum Scriptura omnis prædicat; sacramentis ejus et doctrina ita ut ipse hæc instituit, uti studemus; disciplinam quam ipse in ecclesia sua esse voluit nos amplectimur eique nos subjicimus. *Infirmi sumus atque peccamus in multis; at scientes et prudentes nihil omnium prætermittere volumus quæ unquam in Ecclesia utiliter instituta sunt et hodie quoque possunt apud nos momentum aliquod habere instaurandæ pietatis. Porrò, quod non ædificat fidem Christi, id nec spiritui sancto ferri acceptum nec adscribi ecclesiæ Christi potest.* Nam paracletus spiritus nihil quàm quod Ecclesiæ certam utilitatem afferat, docet et efficit. Datur enim unicuique ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς συμφέρον [8]. Verbum Domini purè apud nos docetur; sacramenta ut ipse instituit dispensantur: in qua dispensatione hoc solum variamus à vobis, quòd mysteria Christi populo ut oportet exponimus, usi lingua quam intelligit, et dispensamus integra ita ut Dominus ea instituit, et quosdam humanitùs adjectos ritus prætermittimus, sed quos nec Apostoli observarunt. *De disciplina pœnitentiæ laboramus [9], at illa ante nos ex ecclesiis sublata est.* Dum autem nos toti in id ut illam restituamus incumbimus, non debet nobis imputari, sed his qui eam substulerunt, quòd ea apud nos desideratur. *Handquaquam igitur ab ecclesia Christi secessimus, multò minùs eam impugnamus; nam nihil quàm vitia quæ in Ecclesiam irrepserant reprehendimus. Vestri,* mi frater, *prælati, qui nos scismatis et hæreseos condemnant, in utroque tenentur :* Christum enim non prædicant sinceriter. Fiduciam ceremoniarum, divorum et propriorum operum, citra solidam fiduciam Christi, sine pœnitentia, apertè fovent, manifestas idololatrias defendunt, symoniacæ hæresi sine omni pœnitentia immersi sunt. Vivunt tam spurcè, ut ii se, juxta canones, anathemate obligent qui cum illis ullis sacris ceremoniis communicant. Paulus dixit enim « qui se scorto adjungit tollere membrum Christi, et facere illud membrum scorti. » Quid jam dicemus fieri tam impia doctrina et manifestis idololatriis symoniaque tam impudenti? *Jam nos qui, quales quales sumus, Christum quærimus, ejusque veram et unicam doctrinam profitemur, isti sancti patres diriùs quàm ullos quamlibet sceleratos homines, persequuntur et eradicare funditus laborant. Tacemus quæ contra nos impuden-*

[8] I Corinthiens, XII, 7.

[9] A comparer avec les Nos 649, 685, paragraphe 2; 686, § 1; 730, note 4; 733, à la fin; 738, § 1; 751, renvoi de note 13; 752, renvoi de n. 53; 772, fin du § 7; 774, § 4; 775, § 1-2.

tissimis calumniis, et privatim in conciliis Principum, et publicè in concionibus suis et scriptis moliuntur, hæcque omnia audent in nos inauditos, indicta causa!

Extant canones, superest ratio et à sanctis Patribus et à piis Principibus constituta, quomodo debeant ecclesiæ administrari, quomodo reformari, quomodo item *novatores in dogmatis vel ritibus* compesci. Istam rationem, illos canones cur non repetimus? *Fuisti Rhomæ* [10] *et in aulis Principum et episcoporum; versaris quotidie in templis. Lege jam quæ Scripturæ tradunt de sacro ministerio, quæ decreta sunt in conciliis, quæ scripta Patres reliquerunt; confer ista inter se et fac judicium verum.* Ergòne valebunt tantum in ecclesia Christi, in regno veritatis, inania nomina? Adorarene pro episcopis et patribus Ecclesiæ oportet quibus nihil est ecclesiis exitiosius? et mussare ad omnem impietatem ecclesiasticorum, id verò est manere in Ecclesia? *De privatis hominibus scis quid sentiam* [11]. *At de doctoribus, de magistratibus, de totis ecclesiis, alia ratio est. Certè, si id est manere in Ecclesia quod vos videmini vocare « manere in Ecclesia, » scilicet ad cunctam impietatem silere, eamque communicando illa[m] verbis et factis confirmare, quando demum reformabitur Ecclesia, si volemus omnes sic manere in Ecclesia? Imò quid omnino de omni regno Christi manebit mundo reliquum? Nam papa cum suis in dies se omni scelerata audacia vincit.* Constitue igitur, mi frater, primùm de ipsa Christi ecclesia et communione sanctorum, et statue ex divinis literis, ex scriptis Patrum, ex canonibus, in quibus ea societas Christi sita sit per se, quæ salva hac societate omitti possint, quæ non, quæ corpore Christi reipsa separent, quæ apud perversos homines. Et cogita unam esse Ecclesiam vim seculorum, eoque quæ tempore Pauli faciebant esse in Ecclesia, ea id hodie quoque facere; quæ Ecclesia excludebant ea et hodie excludere. Quid etiam ecclesiæ sibi invicem debeant, quæ

[10] *Louis du Tillet* avait-il fait son voyage de *Rome* vers l'année 1532, c'est-à-dire à la fin de ses études universitaires, ou bien au printemps de 1536 (t. IV, p. 77)? Dans le second cas, il se serait arrêté très peu de temps à *Ferrare*, où *Calvin* aurait attendu son retour. Cette circonstance expliquerait pourquoi *M. de Hautmont* (nom seigneurial de L. du Tillet) n'est pas mentionné dans les lettres adressées plus tard à *Calvin* par ses amis de Ferrare.

[11] C'est probablement une allusion à ces *viri docti et pii* (ailleurs *Christi studiosi*) dont L. du Tillet communiquait les objections à Bucer, et parmi lesquels devait se trouver *Jean du Tillet* l'ecclésiastique (N° 742, n. 11).

sit ministrorum inter se subjectio et prælatio, ex canonibus disce et Scriptura. Vide item quæ sint vera offendicula, quæ ficta, quæ pio homini vitanda, quæ negligenda. Hæc ad *primum* tamen nunc satis sint, dum intelligam quibus sis argumentis impeditus.

Alterum crimen æquè luculenta calumnia est; nam ex observationibus Ecclesiæ, nihil prorsùs ut impium rejecimus, nisi missas easque ceremonias quibus fulciebatur fiducia externi operis, sine fide Christi et pœnitentia, quibusque manifesta admittitur idololatria. Cætera quæ submovimus, non ideo submovimus quòd per se sint impia, sed quòd cum in se *liberi usus* sint, et ad fovendam impietatem pertracta fuere, videbantur pietati, propter conformatum abusum, obfutura. *Et declarandum erat reipsa quid in ea juris habeant ecclesiæ. Sunt enim hæ res omnes ex illorum genere de quo nemo nos judicare debet. Consensus Ecclesiæ non debet vocari admissa sensim ab omnibus superstitio.* Nec ea tanti facienda offensio quæ nascitur ex impietate, nec caveri potest nisi læsa pietate. In multis ritibus manifesta idololatria admittitur; id vobis nullum offendiculum parit : si ritus tollitur, quia aliàs ipsa idololatria ægrè tota et funditus tolli poterat, hoc verò offendiculum objicit non ferendum? Quamquam, *fateor ingenuè, mallem nos, in mutandis rebus mediis, majorem cautionem adhibuisse et moderationem*[12]. Sed ut peccatum aliquid à nobis hac in parte sit, de quo cum nemine pugno, obsecro, quale tamen est et quantulum, si cum eo conferas quòd adversarii eisdem rebus, per universas ecclesias confessa et horrenda impietate, abutuntur? Nos sustulimus res medias, fac intempestivè, fac cum aliqua bonorum offensione, quæ vitanda erat. At vestri in illis manifestam exercent foventque impietatem, quæ hoc plures planè perdit quò ea pauciores offendunt. Offendiculum autem in Scripturis quod sanctis summopere vitandum est, id præcipuè vocatur quo læditur fiducia Christi, sauciantur conscientiæ; quanquam et id offendiculum quoque omni studio vitandum sit, ne quem à nobis et causa Christi quacunque offensione alienemus.

Sed quid faciendum nobis erat? Nostris enim hominibus relinquenda quæ lædebant fiduciam Christi, ne in offensionem incidissemus hostium Christi? Boni enim qui sub his sunt, facilè cogitabunt

[12] A comparer avec les deux lettres écrites de *Strasbourg* en 1525 par *Gérard Roussel*, le futur évêque d'Oléron (t. I, p. 405, 409), et avec le t. V, p. 60, lignes 21-23; p. 292, 293, renvois de note 18-20.

non esse æquum judicare inauditos et causa nondum cognita, et magis irascendum esse his qui evertunt substantiam pietatis, quàm qui attingunt accidentia quædam. Sed fac istam novationem quam [l. quantùm] velis intempestivam, et offensionem natam ex ea quantumlibet grandem et perniciosam, quid facias nobis ? Quicquid cum salute populi nostri restitui possit, restituemus ; quæ sic restitui non possunt, nec vos ut restituantur petere potestis. Interim non habetis nos pro Christianis, et habebitis adversarios nostros, cum apud nos tota religionis substantia salva sit, apud illos penitùs eversa ? *Disce hìc,* frater, *jura libertatis Christianæ, et agnosce verum illud Augustini ad Januarium : « quæ pietatem et bonos mores non instaurant, ea ab observatione ecclesiarum submovenda esse, etiam si pietatem et bonos mores non lædant, vel eo tantùm quia gravant libertatem Christianam. »* Ista satis sint quod ad alterum crimen attinet.

In tertio, quod est de direptione bonorum ecclesiasticorum, plerosque nostrùm non excuso[13] *; multos, si valeant canones et jus naturæ, nullo negotio deffendam.* Nam quicquid ad publicas utilitates et necessariam ecclesiarum defensionem, non defraudatis ecclesiis nec sustentatione ministrorum, nec alimonia pauperum, impenditur de bonis ecclesiasticis, id rectè et piè impenditur. *Vestri* autem *Principes* bona ecclesiarum unà cum ministris sibi vindicant, et ecclesias vero ministerio prorsùs spoliant, pauperibus ne tantillum impendunt, ad quos tamen quarta portio omnium bonorum ecclesiasticorum, secundùm canones, pertinet. Nunquid veró eripiuntur ecclesiis sua bona, cùm indignissimis hominibus, titulo falsissimo episcopatuum et abbatiarum, cuncta ecclesiarum et pauperum bona addicuntur obliguriendа et dilapidanda in aulis ? O frater, sistamus nos et nostros judicio vero Christi et Ecclesiæ, et accusate vos vestros sacrilegos tam liberè quàm nos nostros accusabimus, et fiat judicium secundùm canones ; huic nos stabimus.

Quartum crimen rursus indignissima injuria est. Sed te per Dominum nostrum Jesum Christum obtestor, *judica quænam vera dogmata damnemus, quæve falsa astruamus.* Illud *de bonis operibus,* mi frater, utinam tractaretur studio vero bonorum operum ! Utinam tam liberet verè bona opera facere, quàm pugnaciter de eorum merito disputatur ! Et quæso te, cum in judicium Dei cum tuis bonis operibus veneris, tuisque te Satan malis operibus urse-

[13] Voyez le t. V, p. 145, note 23 ; p. 250, 251.

rit, quid oppones ei? tuane bona opera? At inutilem te servum esse dicet, cum etiam omnia perfeceris quæ debuisti perficere. Quis interim satisfaciet pro peccatis tuis? Petesne ut Pater compensationem faciat malorum operum tuorum, per bona quæ fecisti? At nec horum satis erit, et præponderabit lanx malorum. Nonne periisti tum, nisi puram misericordiam Dei in solo Christo suplici fide aprehendas, salutemque totam nulla ex parte ex teipso vel tuis operibus petas et percipias? Interim verùm tamen, ubi per Christum, quem vera fide agnovisti, et te ei conservasti salvus et justificatus, hoc est peccatis absolutus es, quæcunque tum ille in te bona efficit, ea non redigentur in nihilum, non corruent in judicio Dei, sed amplissimam mercedem referent. At quando? cum adhuc te urgent tua peccata, cum adhuc dubitas de salute tua? minimè. Neque possunt malæ arboris esse fructus boni. Ergo tum valebunt apud Deum tua bona opera, cum tu antea in gratiam Patris per Christum fueris receptus. Neque id ex te, aut ex ipsorum tanto merito, sed propter eundem Christum et ultroneam liberalitatem in te Patris, quam eandem idem tibi Christus paravit. Corruent igitur bona opera in judicio Dei et non corruent. Corruent, ubi de salute agitur personæ; non corruent, ubi restituta saluti persona est per Christum et gratuitam misericordiam Dei. Redigentur in nihilum, ubi considerabis gravitatem peccatorum ex lege Dei. Non redigentur in nihilum, dum, apprehensa remissione peccatorum in Christo, consideras gratuitas promissiones Dei illis (*sic*) factas. Paralogismum igitur facitis secundùm quid et cetera. Sed dum de his nos planè credimus et loqui volumus ut Scriptura docet, fac ut *tui* ea corrigant quæ manifestissimè contra Deum sunt, et de hac quæstione nullo inter nos negotio conveniet.

Hæc repetere volui ad te de his quatuor criminibus, et te per Christum oro, lege omnia coram Domino, et remitte has literas mihi, quia describere non licuit, et respondere ad singula dignare. Amo te et sum de salute tua sollicitus, hujusque, ut scis, maximas causas habeo. Fac igitur, te iterum atque iterum oro et obsecro, remitte has mihi literas, et responde ad singula, ut conferre ea inter se possim. Ad D. *Jo. Sthleidanum* [14] pone literas : ille habebit nuncium intra paucos dies. Vides quàm multis ego scribam, qui in ecclesiasticis rebus te multò occupatior sum.

[14] *Jean Sleidan*, qui résidait encore à Paris (Voy. t. V, p. 320. — C. Schmidt. Vie de Jean Sturm, p. 50-52).

De quatuor causis[15] nunc non vacat scribere, nisi hæc : *Carnalem libertatem scilicet quærere nos dicitis. Hæc quantò apud vos desiderabatur! Nonne potuissem in magnis opibus ecclesiarum delitiari, qui nunc me, ut scis, laboribus frango, vix centum coronatos habens in annuum stipendium? Ah! plura potuissem. Ah! ubi major quàm apud vos rerum omnium licentia et scelerum impunitas?* Ad alterum, *de proprii judicii confidentia, quare ergo non audimur? Quare non cogitur synodus*[16], *ut judicemur de pravo judicio aliorum, nihil quàm patientissimè judicemur, sed fructibus judicemur?* Ne putetis oculis Dei tegi quæ vos tegere conamini. *De avaritia Principum,* quasi non potuissent, exemplo vestrorum, omnia semel sibi obnoxia facere et opes et personas! Insumpserunt in defensionem ecclesiarum omnes longè plus quàm unquam ab ecclesiis acceperint, et sunt hodie in summo discrimine rerum suarum. *Privati sanguinem fundimus et exurimur vivi. Summos labores delitiis, maximam paupertatem maximis opibus commutamus. Nos tamen libertatem carnis et opes sectamur! Papa verò cum suis, inopiam, ærumnas et crucem! O frater, frater, quàm longè aliud judicabit de nobis Christus!*

[15] C'est-à-dire, les quatre *causes* que les Catholiques romains assignaient à la Réformation de Luther. Elles étaient sans doute développées dans l'une des lettres de Louis du Tillet qui ont été supprimées par sa famille.

[16] Bon nombre de protestants et de catholiques croyaient encore au *Concile universel* tant de fois promis et ajourné par le pape. *Georges Wicelius,* qui avait quitté l'église de Luther pour celle de Rome, écrivait à Érasme le 30 mars 1533 : « Superioribus nundinis, dedi ad te literas... Summa rei erat *Œcumenica Synodus.* Bone Christe, ut animum meum obsedit ejus negotii tam magni quàm necessarii consideratio perpetua! Nihil nunc in votis meis est hoc ipso prius. Nam video *summi mali nullum finem, nisi causa legitimo modo transigatur.* Bello exulceratur, non sedatur... O surdas aures tuas, *Roma,* o pectora ad considerationem rei maximæ emortua et in desideriis mundi hujus sepulta! Quomodo habet titulus tuus, quæ est professio, quod officium? Satisne diu exspectamus opem debitam nobis *Catholici?* Siccine grex Domini Jesu nulli vobis curæ est, uti fama non tarda in orbe universo volat? » (Erasmi Epistolæ, éd. le Clerc, p. 1755, 1756.) En novembre 1534, *Ant. Marcourt* disait, dans son traité de la sainte Eucharistie, fol. Eiiij : « Maintenant droict divin et humain est violé, toutes choses... sont faictes oblicquement en la haine de l'Évangile. Que ne faict-on à tout le moins ainsi que porte la loy? c'est que en matière et chose de la foy, fault avoir résolution de *Concile...* On ne sçait que devenir, on ne sçait que faire, on ne sçait où se trouver, tant est le monde divisé! » Voyez aussi t. III, p. 206, notes 6, 7.

Vale nunc et ora Dominum ne in ipsum impingas, dum sic nos studemus tibi. Vide, vide ne ocium et tranquilitas carnis et opes hujus mundi faciant, ut coneris Antichristum ex Christo et ex Antichristo Christum facere. Non est consensus Ecclesiæ conspiratio in impietatem, superstitionem et servitutem ecclesiarum. Non est obedientia Ecclesiæ mussare ad prælatorum publica et privata vitia. Non est esse ecclesiæ Christi membrum consentire cum anathematis. *Christus ex evangeliis suis discendus est, non ex nostris pulchris commentis. Regnum Dei ecclesia Christi : in nulla re externa per se, sed in fide et justitia sita est, usuque eo externorum quem dictat fides. Ubi vel in oppidis, nedum in pagis, dominicis diebus, communicatur ab curato evangelium Christi et docetur unus esse qui servat nos? Vivos et mortuos prædicant. Christum utinam vel monachi illi et fratres prædicarent! Scimus, scimus ut religio in Galliis administretur : quotidie nostri in Galliis sunt.* 8 Octob. 1539.

Tuus in D. salutis tuæ studiosissimus.

Huc veniunt *exules Christi,* qui essent Christo et ecclesiis alendi. Qui opes hîc tenent ecclesiasticas, *Papæ* quàm Christo malunt eas impendere. Hîc vos de vestra abundantia succurrere debebatis [17].

[17] A la suite de cette lettre, on en trouve une autre de Bucer, datée du 20 octobre sans millésime, mais qui semble appartenir à l'année 1539. Nous en donnons le commencement et la conclusion :

« *Bucerus Ludovico suo.* Gratia et Pax ! Dum festinarem nuper, excidit illa tua objectio de successione sacerdotis... O fratres, fratres, si Christum amatis et ejus ecclesiam, si veram veri sacerdotii successionem quæritis, non eramus nos vobis sic abjiciendi, qui nihil quàm regnum Christi restitutum volumus, et ita ferendi ii quos omnis Scriptura, omnes canones tantopere damnant et planè anathematizant! Istos vos interim qui symoniis et flagitiis... cooperti sunt habetis pro catholicis, pro legitimis episcopis !... *Væ facientibus bonum malum, malum bonum! dicentibus tenebras lucem esse, lucem tenebras!* Moneo et hortor te, mi frater, Christo cogita omne judicium datum esse, et hunc veritatem poscere, suosque vera fide, non ceremoniis, æstimare, et obedientiam eam requirere hominibus quæ obedientiam sui imperii non destruat. Vale, et, ne dubita, nisi tui essem cupidus, hæc ad te non scriberem. Argent. 20 Octob.

Oro te valde, rescribe diligenter ad omnia. »

C'est la fin du manuscrit n° 2391, et, probablement aussi, de la correspondance de Bucer avec Louis du Tillet.

826

MARGUERITE DE NAVARRE au Conseil de Nîmes.

De Compiègne, 8 octobre (1539).

Manuscrit original sur parchemin. Signature autogr. Arch. de Nîmes. Ménard. Hist. de Nismes, 1753, t. IV, Preuves, p. 146.

Messieurs, j'ay entendu par Maistre *Claude Baduel* [1] comme vous luy avez escript et prié qu'il allast par delà, pour vous aider à faire *l'institucion d'un colége en vostre ville* [2] : en quoy je croy qu'il se sçaura bien acquiter. Il s'en va maintenant devers vous pour cest effect. Et, pour ce que je l'ay entretenu aux estudes, je vous prie de l'avoir pour recommandé durant qu'il sera par delà, et vous me ferez, en ce faisant, plaisir bien aggréable. A tant, Messieurs, je prie Dieu qu'il vous ait en sa très saincte garde. Escript à Compiègne, ce 8e jour d'octobre (1539) [3].

La bien vostre MARGUERITE.

(Suscription :) A Messieurs les Consulz, manans et habitans de Nymes.

[1] Voyez, sur *Claude Baduel*, natif de Nîmes, le t. III, p. 189, 190, 199, 363; t. V, p. 39, 42.

[2] « *Baduel* professoit la philosophie à *Paris* en 1539, et quoiqu'il y eût une pension de 400 livres, il préféra servir sa patrie, où il n'en recevoit que 200 » (Senebier. Hist. litt. de Genève, I, 392. — Voyez aussi C. Schmidt. Gérard Roussel, p. 111. — Le Bulletin du Protestantisme, III, 638).

Les *écoles de Nîmes*, dont il a été question à l'année 1537 (t. IV, p. 318), venaient de faire place à un « *collège et université* es arts et grammaire, » en vertu d'un rescrit du Roi « donné à Fontainebleau, au mois de May MDXXXIX » (Voy. Ménard, o. c. t. IV, Preuves, p. 145, 146).

[3] Le 12 juillet 1540, *Baduel* fut installé comme professeur de l'université instituée au mois de mai 1539, et l'ouvrage intitulé : « De Collegio et Universitate Nemausensi, opusculum Claudii Baduelli, » parut à Lyon la même année (Le P. le Long. Bibl. hist. de la France, 1719, n° 17014). C'est certainement de ce livre-là que voulait parler le professeur Xystus Betuleius, lorsqu'il écrivait le 15 août 1540 à Ambroise Blaarer : « *Claudii*

827

MARTIN LUTHER à Martin Bucer, à Strasbourg[1].
De Wittemberg, 14 octobre 1539.

Autographe. Arch. du séminaire protestant de Strasbourg.
De Wette. Luthers Briefe, V, 210.

G. et P. in Domino! Sic cogito, mi Bucere, scire te quàm non sit opus crebriùs à me scribi ad te. Tu enim plus otii et minus annorum habes, ut negotia et causas taceam, quibus obruor singulis horis. Quare tibi responsum esse arbitrare simul, quoties tu ad me scribis.. *Spero enim cordium esse conjunctionem inter nos sinceram. Idem sentio de tuis symmistis omnibus...*

De *rege Angliæ* vereor ne tua spes sit nihil[2]. Ipsos *Anglos,* dum hîc hærerent, audivimus de Rege suo querulantes et nostram libertatem admirantes[3]. *Legatum* habuit apud nostrum Principem

Baduelli libellum nondum vidi, sed aveo videre » (Autogr. Bibl. de St-Gall). Ces faits déterminent la date, qui est aussi fixée par la mention du lieu où la lettre fut écrite. *La reine de Navarre* se trouvait à *Compiègne* à cause de la maladie de son frère (N° 819, n. 6). On lit, en effet, à la p. 271 de la Chronique de François I publiée par G. Guiffrey : « Environ la fin du mois de septembre [1539] le Roy estant à *Compiengne* et à Villiers-Cousterez en Picardie, luy survint une maladie qui le tint longuement, et fut en très grand dangier de sa personne... »

[1] La seconde partie de cette lettre a été traduite en français par M. A. Müntz et publiée dans le *Bulletin*, t. VIII, p. 29.

[2] *Bucer* avait écrit au Landgrave de Hesse, le 16 septembre précédent, pour le prier d'agir en faveur des Évangéliques anglais. Il espérait que si *Mélanchthon* se rendait en Angleterre, il obtiendrait d'*Henri VIII* l'abolition ou l'adoucissement de *la loi des six articles* (Voy. le N° 824, n. 6. — Melanthonis Epp. ed. Bretschneider, III, 775-782. — Seckendorf, o. c. III, 225, 226).

[3] Allusion à l'ambassade anglaise de 1535, qui se composait d'*Édouard Fox*, de l'archidiacre *Nicolas Heath*, de *Christophe Mount* et du docteur *Antoine-Robert Barnes.* Ces personnages passèrent à Wittemberg une partie de l'hiver de 1535 à 1536 (Voy. Sleidan, o. c. I, 554, II, 36-38,

his diebus, sed qui nihil attulit nec retulit quod ullam spem significaret[4]. Dominus dirigat cor ejus cum omnibus aliis regibus in gloriam suam!

De *Cæsare* sunt prophetiæ certæ, postquam junxit se Deo odibili *Papæ*, amisisse eum omnem et fortunam et benedictionem Dei[5]. Sed nobis imputant totum. Bene vale, et *salutabis Dn. Joannem Sturmium et Johannem Calvinum reverenter, quorum libellos cum singulari voluptate legi*[6]. *Sadoleto optarem ut crederet Deum esse creatorem hominum etiam extra Italiam;* sed hæc persuasio non penetrat corda *Italorum*, cum tamen soli præ ceteris exuerint planè humanum sensum præ superbia. Iterum vale. Die Calixti, a. MDXXXIX.

T. Mart. Luther D.

(Inscriptio :) Clarissimo viro Dn. Martino Bucero, Argentoratensis Ecclesiæ Episcopo, vero servo Domini, fratri in Christo charissimo.

195. — Burnet, o. c. I, 266, 405. — Seckendorf, III, 110, 112, 261. — Merle d'Aubigné, o. c. V, 141, 142, 149-152).

[4] *Christophe Mount* (en latin *Montius*) était venu en Allemagne pour négocier le mariage d'*Henri VIII* avec *Anne de Clèves*. Il avait une seconde mission, que Mélanchthon fait connaître en ces termes : « *Anglus*... misit nuncium ad *Principem nostrum*, et nescio qua Sophistica lenit *illos suos impios articulos*, quos contra Evangelii doctrinam edidit, ac petit ne *nostri* contra eos articulos scribant. Impudens postulatio est. Itaque *Princeps* graviter et piè respondet; taxat illos tyrannicos articulos, et negat se prohibiturum quo minùs stylo piorum refutentur » (Lettre du 22 septemb. 1539. Mel. Epp. III, 784). Voyez aussi la lettre des théologiens de Wittemberg et celle de Luther du 23 octobre à l'Électeur Jean-Frédéric, dans Luthers Briefe, éd. de Wette, V, 213-218; dans le *Bulletin*, VIII, 29-33. — La lettre de Calvin du 27 octobre. — Seckendorf, III, 180, 225, 226, 552.

[5] Allusion aux revers de *Charles-Quint* en Dalmatie, où les Turcs avaient repris la ville de Castel-Nuovo (août 1539) et massacré toute la garnison espagnole (Voy. Sleidan, II, 151. — La lettre de Luther du 13 octob. 1539 à Albert, duc de Prusse. Bulletin, VIII, 28).

[6] *Luther* veut parler de *l'Institution chrétienne*, de la *Réponse de Calvin à Sadolet* (N° 814), et de l'opuscule de *Jean Sturm* qui est intitulé : « Epistolæ de dissidiis religionis, Jacobi Sadoleti, Jacobi Omphalii, Jo. Sturmii. Argentinæ, Crato Mylius, 1539, mense septembri, » in-8°. L'épître de *Sadolet* à Sturm, composée en 1538, avait paru à Wittemberg l'année suivante. *Sturm* ne la reçut que le 15 juillet (Idibus Julii). Sa réponse est datée de Strasbourg, le 18 juillet (Argentinæ, 15 Calend. Augusti, Anno 1539). L'épître d'Omphalius porte la date du 10 août 1539

828

JEAN CALVIN à Simon Grynæus, à Bâle.
De Strasbourg, 18 octobre 1539.

Ioannis Calvini commentarii in Epistolam Pauli ad Romanos. Argentorati per Vuendelinum Rihelium[1].

JOANNES CALVINUS Simoni Grynæo, viro ornatissimo. S. D.

Memini, cum ante triennium de optimo enarrandæ Scripturæ genere inter nos familiariter commentaremur[2]*, eam, quæ plurimùm tibi placebat, rationem mihi quoque præ aliis probatam tunc fuisse. Sentiebat enim uterque nostrùm, præcipuam interpretis virtutem in perspicua brevitate esse positam.* Et sanè, cum hoc sit propè unicum illius officium, mentem scriptoris quem explicandum sumpsit, patefacere, quantùm ab ea lectores abducit, tantundem à scopo suo aberrat, vel certè à suis finibus quodam modo evagatur. Itaque cupiebamus ex eorum numero quibus, in hoc laboris genere, theologiam juvare hodie propositum est, unum aliquem extare qui et facilitati studeret, et simul daret operam ne prolixis commentariis studiosos ultra modum detineret. *Quanquam autem scio sententiam hanc non apud omnes receptam esse, et eos qui non recipiunt, nonnullis quoque argumentis adduci ut ita judicent, ego tamen dimo-*

(Voy. t. V, p. 373. — La lettre de Calvin du 20 novembre, à la fin. — Nicéron, o. c. XXVIII, 364. — Freytag. Adparatus litterarius, III, 220, 221, 226. — Jean Sturm par C. Schmidt, p. 315).

[1] On lit à la fin du volume : « Mense Martio. Anno M.D.XL. » Le titre, la dédicace et l'argument occupent les seize premiers feuillets. La pagination commence seulement avec le corps de l'ouvrage, qui se compose de 430 pages petit in-8°. Quelques exemplaires portaient sans doute, sur le titre, le nom d'*Alcuin*, anagramme de celui de *Calvin* (Voy. N° 809, n. 1, 4).

[2] Ces conversations entre *Calvin* et *Grynæus* ont dû avoir lieu à Bâle au mois de mars 1536. C'est l'opinion de M. Albert Rilliet (Lettre à M. Merle d'Aubigné, p. 21) et elle se trouve confirmée par le fait que *Simon Grynæus* donna le 21 mars de cette année-là sa première leçon sur *l'Épître aux Romains* (Voy. t. IV, p. 148, 463).

veri non possum ab amore compendii. Verùm, cum ita ferat ea quæ hominum ingeniis insita est varietas, ut alia aliis magis arrideant, fruatur hîc sanè quisque suo judicio, modò ne quis omnes alios sub leges suas redigere velit. Ita fiet, ut neque nos, quibus magis placet brevitas, eorum labores vel respuamus vel contemnamus qui in sacris libris enarrandis copiosiores sunt ac fusiores, et illi vicissim nos ferant, etiam si putent nimis pressos ac concisos.

Ego certè mihi temperare non potui quin experirer, ecquid posset hîc ecclesiæ Dei mea opera commodare. Neque verò aut me assecutum nunc confido illud quod tunc nobis videbatur esse optimum, aut assequi me posse speravi, cum inciperem. Verùm ita stylum temperare conatus sum, ut videri possem animum intendisse ad illud exemplar. Quantùm profecerim, quia meum non est judicare, tibi tuique similibus relinquo æstimandum. Enimvero quòd periculum in hac potissimùm Pauli epistola facere ausus sum, consilium meum obnoxium fore video multorum reprehensioni. Nam cum tot excellentis doctrinæ viri antehac in ejus explicatione elaborarint, credibile est, nullum aliis melius aliquid afferendi relictum esse locum. Ego verò fateor, tametsi mihi aliquod operæ meæ precium pollicebar, hac tamen cogitatione fuisse me initio deterritum, quòd verebar ne incurrerem in famam temeritatis, si post tot egregios artifices manum huic operi admoverem. *Extant in istam Epistolam multi veterum, multi recentiorum commentarii.* Et sanè nusquam meliùs collocare suam operam poterant : quando, si quis eam intelligat, aditum sibi quendam patefactum habet ad totius Scripturæ intelligentiam. *De veteribus sileo :* quibus pietas, eruditio, sanctimonia, ætas denique tantum autoritatis fecit, ut nihil quod ab ipsis profectum sit contemnere debeamus. *Ac eos etiam qui hodie vivunt nominatim omnes commemorare nihil attinet. De iis qui præcipuam operam navarunt dicam quod sentio.*

Philippus Melanchthon, pro singulari et doctrina et industria et dexteritate qua in omni disciplinarum genere pollet, præ iis qui ante ipsum in publicum prodierant, multum lucis intulit[3]. Sed

[3] *Melanchthon* a publié les trois ouvrages suivants, qui ont été réimprimés plusieurs fois : « Annotationes in Epistolam ad Romanos et ad Corinthios duas. Norinbergæ, per Joannem Stucks, 1522, » in-4° (Maittaire, II, 625). — « Dispositio orationis in Epistola Pauli ad Romanos. Haganoæ, per Johannem Secerium, 1529, » in-8°. — « Commentarii in Epistolam Pauli ad Romanos. Anno 1532. (A la fin :) Impressum Vitebergæ in ædibus Josephi Clug, » in-8° (Panzer, o. c. VII, 103; IX, 92).

quia illi propositum modò fuisse apparet, quæ imprimis essent animadversione digna excutere, in iis dum immoratur, multa consultò præterit, quæ vulgare ingenium fatigare nonnihil possint. Secutus est *Bullingerus*, qui et ipse magnam suo merito laudem adeptus est. Habuit enim conjunctam cum doctrina facilitatem, qua se magnopere approbavit [4]. Tandem *Bucerus*, lucubrationibus suis emissis, veluti Colophonem imposuit [5]. Siquidem vir ille, ut nosti, præter reconditam eruditionem, copiosamque multarum rerum scientiam, præter ingenii perspicaciam, multam lectionem, aliasque multas ac varias virtutes, quibus à nemine ferè hodie vincitur, cum paucis est conferendus, plurimos antecellit, hanc sibi propriam laudem habet quòd nullus, hac memoria, exactiore diligentia in Scripturæ interpretatione versatus est. Cum talibus ergo viris velle contendere, ut nimis improbæ æmulationis esse confiteor, ita mihi nunquam in mentem venit, vel minimam laudis partem illis præripere. Maneat illis salva et gratia et authoritas quam sunt, bonorum omnium confessione, promeriti. Hoc tamen mihi, ut spero, concedetur : nihil unquam fuisse inter homines

[4] Les commentaires d'*Henri Bullinger* sur le N. T. étaient déjà très estimés en Angleterre (Voy. Merle d'Aubigné, o. c. VIII, 186). Celui qu'il avait composé sur l'Épître aux Romains portait ce titre, simplifié plus tard : « In sanctissimam Pauli ad Romanos Epistolam, Heinrychi Bullingeri Commentarius. Hac Epistola exhibemus tibi Lector compendium Philosophiæ Christianæ... ut hic iam nullum alium expectes rerum potissimarum Catalogum, nisi hunc : Tot in hac tractari mysteria, quot habet Epistola verba... Tiguri apud Christoph. Frosch. Mense Febr. Anno M.D.XXXIII. » Petit in-8° de 184 feuillets. Ce commentaire, dédié à *Berthold Haller*, pasteur à Berne, est reproduit dans l'ouvrage intitulé : « In omnes apostolicas epistolas, divi videlicet Pauli XIIII et VII canonicas, commentarii Heinrychi Bullingeri, ab ipso iam recogniti, et nonnullis in locis aucti. Tiguri apud Christ. Froschoverum, 1537, » in-folio. Réimpr. à Zurich en 1538 et 1539.

[5] Metaphrases et Enarrationes perpetuæ Epistolarum D. Pauli Apostoli, quibus singulatim Apostoli omnia, cùm argumenta, tum sententiæ et verba ad autoritatem D. Scripturæ, fidemque Ecclesiæ catholicæ tam priscæ quam præsentis religiose ac paulo fusius excutiuntur... Tomus Primus. Continens Metaphrasim et Enarrationem in *Epistolam ad Romanos*... Per *Martinum Bucerum*. (A la fin :) Excusum Argentorati apud Wendelinum Richelium, Mense Martio. Anno M.D.XXXVI, » in-folio. La dédicace à *Thomas Cranmer*, archevêque de Cantorbéry, est datée : « Argent. VIII Calend. Aprilis. Anno 1536. » (Voy. Panzer, VI, 127.)

Les commentaires de *Zwingli*, de *Luther* et d'*Œcolampade* sont appréciés par Calvin dans sa lettre à Viret du 19 mai 1540.

tam absolutum, in quo vel expoliendo, vel ornando, vel illustrando non fieret locus sequentium industriæ. De me nihil prædicare audeo, nisi quòd judicavi, non inutilem fore hanc operam : ad quam suscipiendam nulla me unquam alia ratio quàm publicum Ecclesiæ bonum induxisset.

Ad hæc, sperabam fore, ut in diverso scribendi genere nulla æmulationis invidia premerer, quæ mihi imprimis timenda erat. *Philippus* enim quod voluit adeptus est, ut maximè necessaria capita illustraret. Multa, quæ negligenda non sunt, dum in illis primis occupatus prætermisit, noluit alios impedire quin ea quoque excuterent. *Bucerus* et prolixior est quàm ut ab hominibus aliis occupationibus districtis raptim legi, et sublimior quàm ab humilibus et non valde attentis intelligi facilè queat. Nam ad cujuscunque argumenti tractationem se contulit, tam multa illi ad manum suggeruntur ab incredibili qua pollet ingenii fœcunditate, ut manum de tabula tollere nesciat [6]. Cum ergo alter non omnia sit persecutus, alter fusiùs sit persecutus, quàm ut exiguo tempore perlegi possit, nullam æmulationis speciem habere institutum meum mihi videbatur.

Dubitavi tamen aliquamdiu, præstaretne quasdam veluti racemationes post ipsos aliosque facere, in quibus ea colligerem in quibus juvare me posse mediocria ingenia arbitrabar, quàm perpetuum commentarium texere, in quo multa repetere necesse foret, quæ aut ab illis omnibus, aut aliquo saltem illorum priùs essent dicta. Verùm quia illi non raró inter se variant, atque ea res multam præbet difficultatem lectoribus parùm acutis, dum hæsitant cujus sententiæ potiùs debeant assentiri, — *putavi hunc quoque laborem non pœnitendum fore, si optimam interpretationem indicando, sublevarem eos à judicandi molestia quibus non satis firmum est à se ipsis judicium. Præsertim cum ita omnia succinctè perstringere instituerem, ut non magnam temporis jacturam facturi essent lectores,*

[6] *Bullinger* est moins indulgent pour la prolixité de *Bucer*. Pendant les négociations qui préparèrent la Formule de Concorde entre Luthériens et Zwingliens, il écrivait à Myconius, le 19 décembre 1535 : « Nosti quanta illi [sc. Argentoratenses] utantur verborum turba, quantis ambagibus. Audivimus semel *Bucerum* apud nos, de re quæ paucis exponi potuisset, *aliquot horis disputare*. Futurum ergo est ut totos dies, rebus interim infectis, disserturi sint, si illos admiserimus in colloquium. Concident et nostrorum animi, ubi istorum audierint *mitigationes* » (Autogr. Arch. de Zurich).

apud me legendo quæ in aliis habentur. In summa, dedi operam ne quis jure conqueratur multa hîc supervacua esse. De utilitate nihil dico. Cujus tamen plus se hinc cepisse fatebuntur fortè non maligni homines, ubi legerint, quàm ego verbis verecundè spondere ausim. *Jam quod ab aliis interdum dissentio, vel certè non nihil diversus sum, in eo me excusatum haberi æquum est. Tantam quidem apud nos venerationem habere debet verbum Domini, ut interpretationum varietate quàm minimùm à nobis distrahatur.* Sic enim ejus majestati nescio quo modo derogatur. Præcipuè si non magno delectu, magnaque adhibita sobrietate, id fiat. Atqui si contaminari nefas ducitur quidquid est Deo dedicatum, ferendus certè non est ille qui rem omnium quæ in terris sunt sacratissimam, impuris aut etiam non ritè præparatis manibus attrectet. Proinde affinis sacrilegio audacia est, Scripturas temerè huc illuc versare, et quasi in re lusoria lascivire : quod à multis jam olim factitatum est. Verùm *animadvertere semper licuit, illos ipsos quibus nec pietatis studium deesset, nec in tractandis Dei mysterii[s] religio ac sobrietas, nequaquam ubique inter se consensisse.* Nunquam enim tanto beneficio servos suos dignatus est Deus, ut singuli plena perfectaque, omni ex parte, intelligentia præditi essent. Nec dubium quin eo consilio, ut nos in humilitate primùm, deinde communicationis fraternæ studio retineret. *Ergo cum sperandum in præsenti vita non sit, quod maximè alioqui optandum esset, ut in locis Scripturæ intelligendis perpetua sit inter nos consensio, — danda est opera, ut nulla novandi libidine incitati, nulla suggillandi alios cupiditate impulsi, nullo instigati odio, nulla ambitione titillati, sed sola necessitate coacti, nec aliud quærentes quàm prodesse, à superiorum sententiis discedamus; deinde ut id fiat in Scripturæ expositione, in religionis autem dogmatibus, in quibus præcipuè voluit Dominus consentaneas esse suorum mentes, minus sumatur libertatis. Utriusque studium mihi fuisse facilè deprehendent lectores.*

Sed, quoniam de me vel statuere vel pronunciare me ipsum non decet, libenter hanc censuram tibi permitto : cujus judicio, si omnes plurimùm jure deferunt, ego nihil non deferre debeo. Quò scilicet propiùs mihi ex familiari consuetudine perspectus es, quæ cum aliorum existimationem aliquid minuere soleat, tuam, quæ aliàs apud omnes doctos præclara est, non parùm auget. Vale. Argentinæ, 15. Calend. Novembr. 1539.

829

ÉBERARD DE RUMLANG[1] à Henri Bullinger, à Zurich.
De Berne, 20 octobre 1539.

Autographe. Arch. de Zurich. Calvini Opera, Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 406.

S. Libentiùs idque multò libentiùs velim plausibiliora et quæ tibi grata essent, vir doctissime, perscribere. Verùm *non possum committere quin tibi significem quid Lutherani nostrates meditentur.* Cùm præteritis concionibus *Sebastianus* et *Conzenus*[2] ad nauseam usque nos *de substantiali esu dominici corporis....* obtruderunt, habent adhuc quod illorum sententiam oppugnare videtur; *proptereaque correctum* (propè dixeram depravatum) *velint, nempe libellum quem vocamus Agentem,* quo videlicet utuntur in matrimoniis copulandis, pueris baptisandis et dominica cœna celebranda[3].

[1] Natif de Winterthour, ancien secrétaire de la ville de Thoune. Appelé à Berne pour rédiger, avec trois autres secrétaires jurés, les procès-verbaux de la Dispute de religion (janvier 1528), il fut chargé d'en surveiller l'impression à Zurich (Voy. les Actes de la Dispute, éd. allemande de 1528, in-4°, f. bij. — Zuinglii et Œcolampadii Epp. 1536, f. 204. — Zuinglii Opp. VIII, 402). Après l'année 1533, MM. de Berne lui confièrent les fonctions de secrétaire des Comptes (Seckelschreiber) et d'archiviste. Il suppléait parfois le Chancelier.

[2] *Sébastien Meyer* et *Pierre Kuntz* (Nos 640, n. 7; 644, fin de la n. 5; 661, n. 5; 677, n. 17-19).

[3] Il s'agit ici de la *Liturgie bernoise*, composée en 1528 par *Gaspard Megander* et intitulée : « Canzel und *Agend*-Büchlein der Kilchen zu Bern. » Plusieurs auteurs supposent qu'elle parut, pour la première fois, au mois de mars 1529 (Voy. F. Trechsel. Beiträge zur Gesch. der Schweizer. reform. Kirche. Bern, 1841, p. 87, 88. — J. J. Frickart. Beiträge zur Gesch. der Kirchengebräuche im ehemaligen Kanton Bern. Aarau, 1846, p. 32, 33). Nous croyons, au contraire, que les trois liturgies particulières dont elle se compose parurent successivement en février, mars et avril 1528.

On lit, en effet, dans les instructions données, le 23 février 1528, aux

Nam iste libellus continet, lingua nostra, *quòd panis significet corpus dominicum*[4], etc. Cum verò jam doceant quæ cum eo libello dissideant, non desunt qui dicant doctrinæ eorum parùm cum libello, quem prælegant in dominici corporis communicatione, convenire, adeòque apertè deprehendi ipsos à solita et consueta via exorbitare.

Hoc cum intelligant, *librum vellent renovatum, idque verbum « significat » expunctum.* Et cum magna eorum libellorum penuria sit plurimis in parochiis, sunt qui eum rursum typis excudi efflagitent[5]. Quod et ego urgeri cupiam, daboque operam ut iste libellus expetatur, quò celeriùs astum Lutheranorum nostratium deprehendamus. Videbis multos bonos se interposituros, ut nunquam obtineant quidquam immutari in dicto libello, atque interim perspicuum fiet quòd à disputatione hîc habita[6] desciverint : quod tamen semper fieri negant et propemodum nos pro surdis habent, quasi verba et sensum eorum non intelligamus, ut cum illis non sit de verbis in concionibus prolatis concertandum. *Loquuntur* enim *tropicè ut Scriptura, sed tropum non solvunt,* seque ista ratione secundùm Scripturas loqui asserunt, quæ tutissima docendi sit via.....

Præterea scias *Calvinum* egregiè scripsisse in libro suo *de Insti-*

députés qui allaient visiter toutes les paroisses bernoises : « Vous remettrez à chaque pasteur, pour sa gouverne, une Réformation *imprimée* (c'est-à-dire un exemplaire de l'édit de Réforme du 7 février) et *le livre du baptême* » (Voy. Archiv. des hist. Vereins des K. Bern, III, 258, 270). Il est donc très peu probable que MM. de Berne, ayant fait imprimer l'édit en question, se soient contentés de distribuer des *copies manuscrites* de la nouvelle Liturgie dans les *deux cents paroisses allemandes* où le culte évangélique allait être inauguré (Voy. t. II, p. 395, n. 2. — Hundeshagen. Die Conflikte in der Bernischen Landeskirche. Bern, 1842, p. 370, lig. 11-16, à comparer avec notre t. IV, p. 90, n. 24). Les passages suivants du Manuel de Berne semblent confirmer notre assertion : « *26 mars 1528.* L'arrêté relatif à *la sainte Cène* a été adopté comme les prédicants l'ont proposé. » — « *31 mars 1528 :* Écrire à *Farel.* Lui envoyer la Réformation, le livre du baptême (*Toufbüchli*) et la Cène du Seigneur » (Voy. aussi la lettre des Bernois du 25 avril 1528 à leur lieutenant à Aigle, t. II, p. 130, lig. 6-9. — Ruchat, I, 488).

[4] Le texte allemand porte : « Bildet euch auch wol eyn.... dass das gebrochen Brodt, sein gebrochenen gecreutzigten Leib... *bedeute.* »

[5] Selon Frickart et le Mémoire de Wyss publié par Trechsel (Voy. note 3), la *Liturgie bernoise* ne fut réimprimée qu'en 1545.

[6] La Dispute de 1528.

tutione christiani hominis, ubi apertè metonymiam jam posuit[7]. *Ibidem videtur Lutherum, tametsi non nominatim, perstringere*[8]: quod Lutherani nostrates ægerrimè ferunt, quandoque[9] *Calvinum* criminantur, et *Capitonem* atque *Bucerum* dormitasse parumque animadvertisse calumniantur. Sed res bene habet. Si quando poteris, *scriptis tuis Calvinum confirmato : nam minimè est negligendus*[10]. Vale felicissimè.... Bernæ, raptim, xx die Octobris anno 1539.

Tuus Eberardus a Rumlang.

[7] Voyez les *Calvini Opera*, Brunsvigæ, t. I, qui renferme le texte des premières éditions de *l'Institution chrétienne*. Le chapitre intitulé *De Cœna Domini* présente, p. 993, les passages auxquels E. de Rumlang fait allusion.

[8] A la fin de sa lettre à Farel du 20 novembre 1539, *Calvin* semble avouer le fait.

[9] Édition de Brunswick : *quumque*.

[10] En 1536, *Capiton* et *Bucer* avaient eu la même impression. Voyez leurs lettres à Calvin du 1er décembre (Nos 585, 586). Nous avons déjà cité le jugement de *Conrad Pellican* sur *l'Institution chrétienne* (t. IV, p. 23, 24). Celui de *Léon Jude*, son collègue, n'est pas moins flatteur. Il s'exprime ainsi dans la préface de son *Catéchisme*, ouvrage non daté, mais qui nous paraît de l'année 1537 ou 1538 : « Ioanni Frisio suo Salutem.... *Ioannes Calvinus*, qui summam pietatem cum summa eruditione conjunxit, *Institutiones quasdam Christianæ religionis* nuper congessit, quas ego percurrens, præcipua quædam capita excerpsi, quæ mihi juventuti non salutaria modò, sed et maximè necessaria esse videbantur, nihil vel parum immutans, minus addens de meo, quòd viderem copiosè adeò ab eo tradita esse omnia, ut adjicere nihil fuerit opus, *ita* autem *ornata omnia, ut elegantiùs, clariùs et perspicatiùs dicere potuerit nemo*.... Hoc duntaxat meum est, quòd copiosè ab eo annotata et sparsa fusiùs, in arctum quoddam enchiridion contraxi... et quòd ordine fortasse alio (quòd sic commodum videretur) usus sum. Ex qua re tam abest ut gloriam captem, ut veniam mihi dari potiùs ab authore cupiam, quòd *splendidissima ejus scripta* vel immutaverim vel resciderim : quam facilè me (ut est vir humanissimus) impetraturum spero... » (Catechismus. Brevissima Christianæ Religionis Formula, instituendæ iuuentuti Tigurinæ... aptata... Tiguri apud Christoph. Froschouerum. » (s. a.) 35 feuillets petit in-8°.

830

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Neuchâtel, 21 octobre 1539.

Manuscrit original[1]. Signature autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opera. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 408.

S. Gratiam et pacem a Deo! Si non armata esset nostra simplicitas præsidio Christi ducis, qui nos tales vult ac jubet esse, quid tandem de nobis fieret? *Domi ab amicis et fratribus gravissimè premimur. Nam parum erat foris nos gravari impetu hostili, nisi accederent quæ prorsùs obruerent.* Cum tuos paroxysmos audio, tuas graveis et certè non immeritò factas expostulationes, tuas lachrymas et quæ satis intelligo, non procul ab horroribus mortis dolores et angustias, quibus sanè credo mortem longè faciliorem, faciliùs fero quæ ipse pertuli. *Nam cum mihi significatum fuit jam adesse Carolum[2] idque in vicinia, ac domi jam esse, hîc tibi cogitandum relinquo, quàm mox conciderim, quàm fuerim exanimatus.* « En tibi pietatis exterminium! Non est dignus populus cui « Christus adnuncietur! Jam tibi aut graviora sunt subeunda cer- « tamina, motusque tibi horrendi, quibus totus concidisti fractus, « ferendi, aut prodendus Christus, aut opus Domini, ad quod voca- « tus et impulsus es, deserendum! Adest hostis qui neque Deum, « neque aliud quàm se curat; tam sui est amans ut in amentiam « incidat. Ille qui inter hostes, causæ Christi oblitus, cum fratribus « contendebat pro primaria concione, ut præ cæteris haberetur in « precio[3], nec fecit quicquam reliqui ut etiam inter impios locum

[1] La présente lettre répond à celle de Calvin du 8 octobre (N° 823). Elle a été copiée sur la minute de Farel par deux mains différentes (Voyez les notes 116, 139). La signature et le post-scriptum sont seuls autographes.

[2] *Pierre Caroli* était arrivé en Suisse dans la première moitié de juillet (N°s 802, 803).

[3] Voyez t. IV, p. 105, 108.

« obtineret et gradum, ruinis ac offensionibus gravissimis implevit « omnia! »

Quòd si malè egit inter hostes, pejùs dum ad nostra venit castra, mollicie, compotatione, scortatione, apertaque subsannatione correctionis vitiorum, perditus ac secum alios perdens. Tam apertè testatus est gloriam Christi non esse sibi curæ, ut ausus fuerit, quantumvis ad illustrandam Christi gloriam incitaretur, dicere « se velle omnes intelligant *Carolum* scientem esse » — quamvis in arena alienis sese venditaret plumis [4], quod non latuit nos. Sæpiùs ego ac *Viretus,* quæ videramus ipsis etiam verbis afferentem non obscurè intelleximus [5], etsi Dominus tantam ambitionem plectebat, ut etiam *scripta* neque satis legere, neque referre valebat. Quod ubi non suc[c]essit, clàm virus suum effudit, ut impediret Pontificiarum impietatum eversionem. Rursus spe frustratus, abiens in malam rem, in traducendo Christi opere ac sugillando nostro ministerio incubuit, sed clàm, ut bonos à nobis abalienaret; movit nonnihil, sed non permovit. *Vocatus idque ab uno, aut nescio quot* [6]*, tandem ubi potuit erumpere, cœpit doctrinam, instituta damnare, aliis inducendis laborare : « non fuisse intellectam precationem Domini » apertè detonare, ad scholas remittere, ac pleniùs discere, quasi solus tandem doceret quid precandum esset,* nimirum pro Apostolis et omnibus qui cum Christo quiescunt [7], et quæ sunt hujus farinæ; ne commemorem *quam petierit sibi dari provinciam in omnes Gallos qui ministrant,* ac literas quales non puto nec Pontifices ducentesimo demum tyrannidis anno emisisse [8]. Quàm urebat quòd a *Vireto* admonitus [esset] juxta id quod Christiana poscit charitas ac prout præcipiebant principes pii, ut tanquam *novicium* adjuvaret, ac non satis tenentem ut se cum populo deberet ge-

[4] Allusion à la Dispute de Genève (mai-juin 1535).

[5] Le sens que donne le contexte nous semble celui-ci : Nous avons bien vite reconnu, Viret et moi, que *Pierre Caroli* exposait textuellement, non pas ses propres arguments, mais ceux que nous avions examinés entre nous deux et rédigés par écrit avant chaque séance de la Dispute. Aussi hésitait-il en les lisant.

[6] *Caroli* fut élu pasteur à *Lausanne* par le Conseil de Berne le 28 octobre 1536 (t. IV, p. 94, 95).

[7] Voyez, sur cette affaire, le récit de *Calvin* et celui de *Farel*, t. IV, p. 184, 188, 284; V, 436.

[8] « Ut sibi jus inspectionis in ministros agri vicini daretur, » dit Calvin (Voy. t. IV, p. 105).

rere [9]. Respondit « ut sua curaret; se non aliquid attingere de iis quæ prædicaret *Viretus,* sed liberum ipsi sinere quid vellet concionaretur. Idem et sibi liberum sineret; » quamvis diligentiùs subindicatum esset unius causam esse alterius, non habere se diversas ecclesias, diversa evangelia, neque Christum, sed unum, ac idem gratissimum debere unicuique esse si officii admoneatur, et eorum quæ faciunt ad communem ædificationem. Sed lusa fuit opera.

Ubi rediit Geneva Viretus, fuit mox pertractus ad Senatum [10]. *Ibi cœpit Carolus post aliquot indicare suspectam se habere Vireti fidem, ac mox poscere quandam confessionem :* quæ sanè indicabant animum deploratum, qui cum fratre priùs quicquam non contulit, nec verbum unquam fecit, testatus est se nolle neque monere, neque moneri, sed in Senatu traduxit. Sic furor exagitabat hominem, ut cum non posset *Viretum* perdere, in *Christophorum* [11] rabiem verterit. Sed quid ad *Viretum?* An autor fuit *Christophoro? Nos quoque invasit, ac conatus est productos in theatrum,* ut bonus satelles Satanæ, *hæreticos facere, ut inde totum everteret quod per nos erexit Dominus in Evangelio ædificium.* Egit instructus suæ farinæ hominibus, quos dissimulatus livor exagitabat adeò, ut parùm curarent Christi causam vastare, modò nos unà perderent. Non puto Satanæ verum organum unquam ita contendisse sic, ut nos opprimeret. Nos, cum præter Christum nihil haberemus, ipso freti stetimus; cecidit hostis in foveam quam fecit [12], sed non sine gravi offensione, pro resipiscentia ac jure quo vel quivis alii tenentur ac stant, factus transfuga.

Solodorum properat [13], *missam et privatam audit, damnat missam damnantes, ac contumeliis proscindit doctrinam cum ceremoniis.* Inde se recipit *Lugdunum* ex tempore [14], ac consiliis quæ suggessit in ruinam piorum, notatis singulis ac clàm verbis quibus solent

[9] Ce sont les expressions employées par les Bernois dans leur lettre à *Viret* du 1er novembre 1536.

[10] A *Lausanne*, au mois de février 1537.

[11] *Christophe Fabri*, pasteur de l'église de Thonon (IV, 175, 176). Le vieux docteur lui reprochait peut-être la confiance excessive qu'il avait témoignée à *Claude d'Aliod*, l'antitrinitaire (t. IV, p. 178, 196, 197, 200; V, 437).

[12-13] *Caroli* fut destitué par MM. de Berne le 5 juin 1537. Cité à paraître devant eux le lendemain, pour faire réparation à Farel, à Calvin et à Viret, qu'il avait accusés d'arianisme, il sortit secrètement de la ville et se rendit à *Soleure*, où résidait l'ambassadeur français (IV, 238, 242, 243).

[14] Dans l'original, *tonsore*.

pii christianè se convenire[15], laboratum [est] ut manifesti essent pii ac plecterentur. Actum prætcrea, ut *vincti* à pietate ad Pontificem deficerent[16]. Testes sunt *duo liberati*. Quibus blasphemiis in Christum et Evangelium et imprimis in *ecclesias Helveticas* sit actum, in *libello supplice porrecto Pontifici*[17], nemo satis expresserit. Et, ut pleniùs intelligas quàm infensum hostem duxerim, *sanè non possum non mihi persuadere*[18] (Christus novit an ita habeat) *per ipsum effectum, ut Philippus*[19] *cum Cardinali*[20] *consuetudinem habuerit, ac illius pecuniis effecerit quæ egit, adeò ut ecclesiæ ruinam ipsi acceptam feram*[21]. Non levem facit me habere

[15] Les Évangéliques s'abordaient en disant : « La grâce et la paix soient avec vous ! » Cette salutation se trouve ordinairement en tête de leurs lettres.

[16] A la conférence de la Neuveville, *Caroli* affirmait, au contraire, qu'il avait assisté et consolé les prisonniers de *Lyon* (t. V, p. 459).

[17] Voyez la supplique adressée au pape *Paul III* par *Caroli*, vers la fin de juin 1537 (N° 638).

[18] Les nouveaux éditeurs de Calvin ont suivi la ponctuation de l'original, et ils placent un point après *non possum mihi persuadere*, et après *Christus novit an ita habeat*.

[19] *Jean Philippe*, ancien capitaine général, l'un des syndics élus à *Genève* le 3 février 1538 et qui en avaient fait bannir *Farel* et *Calvin*.

[20] Le cardinal *François de Tournon*, gouverneur de Lyon. *Farel* écrivait déjà le 11 avril 1539 : « Hactenus non potui aliter sentire, quàm *Turnonensem* pro viribus laborasse in omnibus evertendis. »

[21] Comme l'indique la suite du discours, *ipsi* doit se rapporter à *Caroli*, et non à *Jean Philippe*. Si nous avons bien compris Farel, il veut dire : Je ne peux m'empêcher de croire que c'est grâce à *Caroli* que des relations se sont formées entre *Jean Philippe* et le cardinal de Tournon, et que c'est avec l'argent du Cardinal que Philippe est parvenu au but de ses intrigues [c'est-à-dire à nous faire bannir]. C'est donc à lui [à *Caroli*] que j'impute la ruine de l'Église de Genève. — Farel semble énoncer des soupçons persistants, plutôt qu'une accusation formelle; aussi dit-il, plus haut : *Christus novit an ita habeat*. Mais ces soupçons mêmes n'étaient pas fondés, du moins pour ce qui concerne l'ancien capitaine général. Il n'existe, en effet, aucune preuve que celui-ci ait accepté le rôle d'agent secret du cardinal de Tournon. Un ancien magistrat, bon patriote, riche et généreux, se serait-il laissé corrompre par l'or de l'étranger? Et dans quel intérêt? Déjà syndic en 1526, assuré de « l'extrême amitié du peuple, » son ambition était satisfaite. Quoiqu'il fût devenu l'adversaire de Farel et de Calvin, il ne se montrait jamais hostile à la Réforme. Supposé qu'il eût consenti, en 1537, à la détruire dans *Genève*, une prompte libération de son fils *André*, détenu à *Paris* comme « luthérien » (février-avril 1538), aurait été le prix naturel de sa trahison. Nous avons vu

conjecturam gratulatio ad *Antonium*[22] quòd aërem Genevensem viderit, ut optabat, tandem; nec minùs certè reputavi *de literis Sadoleti ad Senatum et cives* instigatorem fuisse, idque præcipuè ut ad *Antonium* et *Bernardum* scriberet[23]. Nam uterque probè notus est *Carolo*. Taceo de dialogis quibus me loquentem in suis concionibus facit, coram Deo ac se, juxta argumentum *Sadoleti*[24]. Sed quid possem singula prosequi[25]? ut taceam me *Hæresiarcham* falsò vocari.

Hæc cum animo volverem, et sanè plura, neque me fugeret quid *amici*[26] contenderent, quibus tam grata esset nostrì ruina, quàm ingratum est nos vivere, ac aliquid in ecclesia Domini per nos Christum operari, — tamen, *ubi ex horrendis illis, animum*

cependant (t. IV, p. 366, 419, 464) que si *André* obtint justice en 1537 et en 1538, il ne le dut qu'aux démarches pressantes des Bernois et des Genevois auprès de François I (Voyez Bonivard. Anc. et nouv. Police, 1847, p. 37, 39. — A. Roget. Hist. du peuple de Genève, I, 69).

Le 7 juin 1540, alors qu'on instruisait avec la plus grande animosité le procès criminel de *Jean Philippe*, l'un de ses anciens adversaires, Claude Savoye, révéla « que Philippe avait démené pratique à Lyon avec le cardinal de Tournon. » Mais, observe M. Roget, o. c. I, 240, « le Conseil de Genève ne tint aucun compte de cette odieuse insinuation. »

[22] *Antoine Marcourt*, que *Pierre Caroli* aurait félicité de ce qu'il était appelé à *Genève* (Nos 711, 719, 733 *bis*, n. 16), ensuite du bannissement de Farel et de Calvin.

[23] A propos de ce passage, les nouveaux éditeurs de Calvin disent, p. 410, note 7 : « *Meræ calumniæ, scilicet a Guillerminis sparsæ.* » Il est vrai qu'on ne possède aucune lettre de *Sadolet* à *Marcourt* et à *Jacques Bernard;* mais cela ne prouve pas qu'il ne leur ait jamais écrit. Le Cardinal eût certainement été dans son rôle en adressant des exhortations à ces deux pasteurs, en même temps qu'il en adressait au gouvernement de Genève (N° 773). S'il écrivit à *Bernard* et à *Marcourt*, il n'y eut aucun crime, de leur part, à recevoir une lettre qu'ils n'avaient point sollicitée, et *les Guillermins* (t. V, p. 177, n. 16) ont pu en informer *Farel* sans être, pour cela, des « calomniateurs. » On voit, d'ailleurs, que Farel n'incrimine pas les deux ministres sus-mentionnés, mais bien *Caroli*, qui aurait persuadé à *Sadolet* de leur écrire.

[24] Allusion aux passages de l'*Epistola ad Senatum populumque Genevensem* dans lesquels *Sadolet* se représente le jugement dernier, les questions qui seront adressées à chacun devant le tribunal de Dieu, et les réponses d'un catholique et d'un protestant (Voyez la traduction franç., éd. Fick, 1860, p. 34, 36).

[25] Dans l'édition de Brunswick, *persequi*.

[26] Les partisans de *Caroli* qui étaient nombreux dans la Classe d'Yverdon (Voy. la lettre de Viret du 21 mai 1550).

meum ad mortem usque pungentibus, commissa Domino ecclesiarum cura, respiravimus, ut visum fuit paucis fratribus, cum duobus legatis Agathopolin [27] *venimus, Præfectum illic cum civibus aliquot in colloquio præsentes habuimus.* Quod ideo factum fuit, ut si, præter spem, jam hærentem [28], et cui locus non esset, Dominus vellet trahere ad se, nos omni officio prompti occurreremus; sin minus, congestis carbonibus in caput ipsius, functi essemus nostro munere. *Causam tamen ut privati agitavimus* [29], nihil derogantes neque præjudicantes alicui, et multò minùs alicui ecclesiæ, ne dicam ecclesiis, quas omnes offendit et traduxit. *Quæ tractavimus cum eo collecta fuere à fratribus* [30]. Nos cum videremus remisisse aliquid hominem, quamvis desideraremus plurima, siquidem vel apertissima cupiebat dissimulare ac fucis tegere, tamen *cum testaretur velle se ita gerere, ut nemo posthac queri de ipso posset, respondimus, nos nihil posse, præcipuè sine fratrum consilio, sed daturos nos operam, ut intelligat in amicos incidisse, quique velint ipsi in Domino morem gerere.*

Ubi redii ex actione, in qua potes conjicere quantam mihi vim fecerim, dum Christum meum necesse habui intueri, cujus gratia omnia tentanda duxi, non hominem, quem in ruinam tantùm poteram colligere natum, etsi non dubitarem Deo omnia esse possibilia, tamen nihil minùs mihi poteram persuadere, quàm aliquid boni de homine. Dum ergo rediissem tam fatigatus ut destituerer viribus, sub noctem convenit me noster præfectus, *Pringinus* [31]. Indicat quid egerit, nempe, ubi jam concessisse *Landeronum* [32] intellexit *Carolum,* ad cives scripserit, quid hoc sibi vellet non assequi, nisi quòd speraret eos velle ipsum habere pastorem; quod ita si haberet, rem gratam facerent, ac ipsum hæc probare. Sic bonus vir nescio an jurisjurandi satis memor fuerit quo se adstrinxit, neminem excepturum nec admissurum ad ministerium nisi per ministros examinatum et probatum; tamen *nobis insciis* hoc factum erat, cum *locus ille* [33] sit sine pastore, ac *missa*

[27] *La Bonneville* ou *la Neuveville*, située sur le lac de Bienne.

[28] Il faut sous-entendre *Carolum.*

[29] Ce qui provoqua le blâme de *Calvin.* Voyez sa lettre du 27 octobre.

[30] Voyez, dans le t. V, p. 457-462, le procès-verbal de cette conférence.

[31] *Georges de Rive*, seigneur de *Prangins* et gouverneur du comté de Neuchâtel.

[32-33] *Le Landeron*, petite ville située entre la Neuveville et Neuchâtel, refusait d'adopter la Réforme (t. IV, p. 200, 201, t. V, p. 94, 95).

illic sit; cumque nos eò concesserimus, tamen præfectus[34] qui designatus illic est, jussus est a *Bernatibus* non ampliùs nos admittere ad docendum, quòd[35] aliam viam cum præfecto, scilicet *Pringino,* iniissent, unde posset sine motu consuli illi ecclesiæ: quod conjicio à nonnullis ita cum *Prangino* tractatum, ut *Carolus* eò mitteretur[36]. Addit præfectus[37], se literas excepisse a *Bernatibus* quibus arctissimè injungitur ut *Carolum* vinciat, donec legationem mittant agantque jure cum eo[38], quod sibi dolere dicebat. Ego quoque graviter ferebam quòd errata non alia proponerentur via quàm civili. *Cupiebam* enim *sic agi cum Carolo, ut ecclesiæ quererentur de injuria sibi illata, ac juxta id quod expedit, justa censura sic agerent, ne perderent hominem, nec rursus alii auderent similia patrare, timens ne sic via civili prorsùs ita profligaretur, ut meritò sibi denegatam omnem resipiscendi viam et aditum in Ecclesiam diceret.* Ideo ex animo consultum cupiens *Carolo,* ac multò magis Ecclesiæ ac suæ autoritati, conferens cum *socero Caroli*[39] ac paucis fratribus, tandem suasi ut decanus noster[40] *Bernam* peteret ac cum fratribus ageret, ut posset *Carolus* non minùs à nobis excipi quàm à Pontificiis, et resipiscenti pateret aditus in Ecclesiam. Ego sanè graviter affligebar, ut scribere non valuerim. *Capunculus* excepit quæ dicebam[41]. Egit bona fide *Barbarinus* et apud fratres ministros, et apud Senatum, nec tamen unquam fuit animus ut citra disciplinam Ecclesiæ ac solemnem resipiscentiam

[34] *Jean Hardi*, châtelain du Landeron. Farel emploie aussi *præfectus* pour désigner un *gouverneur* ou un *maire*. L'expression *jussus est a Bernatibus* ne correspond guère à la réalité des choses, puisque le châtelain du Landeron dépendait du gouverneur et des IV Ministraux de Neuchâtel. Aussi les Bernois écrivaient-ils à ce fonctionnaire, le 24 décembre 1538 : Nous vous *prions* et admonestons vous déporter [de faire prêcher au Landeron].

[35] Dans l'édition de Brunswick, *quum*.

[36] La lettre des Bernois au châtelain du Landeron est du 24 décembre 1538 (N° 761). Pour s'expliquer comment les amis de *Caroli* ont pu, à cette époque, être informés de ses projets de retour et s'intéresser à lui si vivement, il faut admettre qu'il avait continué à leur écrire pendant son séjour en France.

[37] Le châtelain du Landeron.

[38] A comparer avec le N° 804, note 4.

[39] *Louis Maître-Jean* (Voyez N° 651).

[40] *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri.

[41] Voyez la lettre de *Chaponneau* et de *Farel* du 19 juillet 1539 (N° 803).

admitteretur; nec apud Pontificios quoque admissus fuit sine insigni confessione.

Interea cum fratribus hîc egimus, exponentes colloquium Agathopoli habitum[42]. Fratribus visum fuit officiis certandum, si qua spes esset *Carolum* lucrifaciendi. Interea expectandum quid aliæ ecclesiæ decernerent, quas non minùs lesit quàm nostras. Erant tamen qui dicerent nullam illius esse habendam rationem, sed ut insanum hæreticum, ut nequam hominem non ferendum, nec levia adducebantur; sed vicit sententia de officiis præstandis, quod et Judæ Dominum præstitisse ostensum fuit. *Interea vinctus detinebatur Carolus Agathopoli, Bernatium nomine, qui erant quàm maximè offensi, ne dicam infensi.* Ex ministris aliqui sic exceperunt unam lineam pro *Carolo* scriptam[43], ut totum ministerium meum et omnes nostras actiones nunquam tanti fecerint. Nam sic in *Carolum* mihi videntur affecti, ut non solùm excipere sint parati cum forma resipiscentiæ, verùm ter sanctissimum sint prædicaturi, et crimina pro insignibus virtutibus commendaturi. Nam bonus ille senex, sanctus ille vir, alter ingens *Athanasius*[44], quid non pertulit? Fuerunt qui affirmarent ipsum plus omnibus laborasse ac ædificasse. Alii contrà, nihil sibi esse cum *Carolo,* ecclesiarum eversore, dissidiorum patre, defectionis autore, qui non solùm defecit, sed et alios secum abduxit, ac conatus est abducere. Utinam tam vera illi dicerent quàm hi non recedunt à re!

Ego, quamvis aliud non egissem, nisi quòd operam obtuli Carolo, ac ut posset conciliari, nonnihil egi, mirè proscindebar, quasi fractus ac ecclesiarum negligens, quod et tu videris taxare[45], *nec ego prorsùs eo inficias. Nam tot et tantas tragœdias ferre non possum, nec domi ita contendere.* Tamen modis omnibus egi, hortatu *Caroli,* quod et ultro destinaram persuadere ut possem : non sic rejiciendum *Carolum,* nec id posse citra culpam ab Ecclesia fieri. Sed postquam a Pontificiis rediit, audiendum esse, ac juxta Ecclesiæ disciplinam excipiendum, nec debere ipsos moveri, si ipse ultro occurrerim ac officiis ipsum coner demereri : me id juxta præceptum Christi facere, cum velit oves errantes à nobis quæri, nos-

[42] Vers le 15 juillet précédent (t. V, p. 351, 457).

[43] Allusion à la lettre du 19 juillet, adressée aux ministres de Berne (n. 41).

[44] Selon Calvin (t. IV, p. 242, n. 15), *Caroli*, forcé d'expliquer sa conduite, aurait dit aux ministres bernois : « Ego hîc sum ut *Athanasius.* »

[45] Voyez la lettre de Calvin à Farel du 8 octobre.

que bene mereri de hostibus, ac qui de nobis quàm pessimè meriti sunt; nolle me suum jus Ecclesiæ præripere, ne[c] ipsam impedire quò minùs fungatur munere censuris quibus decet, etiam gravibus. Et, ut planè dicam, nescio an reputem tantùm Ecclesiæ consulere, ac sic vera esse ipsius membra qui judicant efferendum ad cœlum *Carolum*, ac tam utilem fuisse tamque ædificasse ecclesias affirmant, — quasi expertes et sine sensu malorum quibus ille Ecclesiam obruit, — quàm hi qui gravissimè ferentes tot et tanta peccata, pati et admittere hominem non possunt. Verùm *utrinque moderandos affectus expedit.* In hoc ergo fui, ut ostenderem me *Carolo* bene velle, sed Ecclesiæ quàm optimè : sicque agendum cum *Carolo*, ut omnia cederent optimè ipsi Ecclesiæ, quod fieri non posse judicabam, si prorsùs aditus Ecclesiæ negaretur *Carolo*, nec resipiscenti [46] locus esset veniæ. Ita rursus non putabam nisi juxta disciplinam debitam recipiendum.

Legati Bernen[*ses*] veniunt, queruntur de eo, quòd ecclesias turbarit, quòd juri non steterit, cum dies ipsi dicta esset, abierit; quòd omnes traduxerit, producto *diplomate Pontificis* ubi nefandè ac indignè cœtus omnes Christiani damnantur, pietas conculcatur, ac impietas Antichristi commendatur [47]. *Carolus*, non sine sano consilio ac amico, fassus est se non parùm offendisse, ac injuriam irrogasse; tamen aliqua elevare contendit. Instabant *legati* ut dignum omnibus esset exemplum. Sed, ut audio, sic pronuntiatum est à judicibus : ut *Carolus* fateretur se in Deum graviùs deliquisse, ac in fratres ministros, quos sanos in doctrina fuisse fateretur et esse, nec non veniam peteret a *Bernatibus :* quod et fecit, tacta dextra *præfecti Agathopolitani*, ut moris illic est [48]. Ita qui aderant fratres eo ordine acta omnia fuisse narrabant. Ego, cum finitum esset judicium, veni totus perfusus pluvia. Rogavi impensiùs *legatos*, efficerent apud Senatum, ut *Carolo* esset veniæ locus. Et postquam Pontificii excipiunt agnoscentes culpam, ubi Christus adnunciatur juxta ipsius præceptum sit resipiscentiæ locus.

Suadebamus Carolo ut Basileam adiret, ac illic ita se gereret, quòd bonis omnibus probaretur, sicque posset in gratiam redire. Quamvis videretur nobis assentiri, tamen cum audiret Evangelium

[46] Édition de Brunswick : *resipiscendi*.

[47] Voyez, dans le tome IV, p. 251, n. 9, un extrait de ce bref du pape *Paul III*, daté de Rome le 17 août 1537.

[48] Voyez la sentence prononcée contre Caroli, à la Neuveville, le 23 juillet 1539 (t. V, p. 355-59).

adnunciari ubi pius *Tusanus* agit[49], spem concepit posse se apud *Georgium comitem* locum habere; eò se contulit, acturus cum *Comite* etiam inconsultis fratribus, ut mihi narravit bonus ille *Nicolaus*[50], *Tussani* collega. Sed *Tossanus*, non negligens ecclesiæ pastor, cui magis timet quàm propriæ vitæ, statim hominem convenit, et ex justis causis persuasit ut abiret. Intellexit sanè hominem ambitionis plenum, nihil prorsùs immutasse de suis opinionibus et quæ vana sunt perpetuò moliri, ac me arguit ideo quòd commendarim hominem planè indignum[51]. Scripseram enim, non per *Carolum*, nam non priùs noram nisi postquam eò concessisset, verùm per alium, commendans sic ut addecet nos excipere de quibus licet aliquid sperare. Idque ut decebat ad virum non prorsùs stupidum et qui novit quid facto sit opus.

Rediit Carolus ac e Burgundionibus[52] *ad fratres scribit, ut se reducem excipiant.* Veritus ne, priusquam convenirent fratres, frangeretur expectando, *consilium ineo de ipso adeundo, et montes conscendi cum Fatono*[53], *et dum per viam compendiosiorem eo, magis duram et asperam, mutarat Carolus locum.* Nam aliquot qui sanè dicuntur ardentiores pro Christo, vix poterant ferre hominem tam vicinum, sed defectorem detestabantur, et quòd, ipsius causa, religio tam malè audisset, sæpiùs defectionem *Caroli* objicientibus adversariis. Quod, etsi nobis molestum est, tamen neque *pastor*[54],

[49] Remis en liberté le 23 juillet, *Caroli* n'avait pas perdu son temps. De *la Neuveville* il s'était rendu [par Bienne, le Jura bernois et Delle] à *Montbéliard*, où résidaient *Pierre Toussain* et le comte *Georges de Wurtemberg*. C'était un voyage d'une vingtaine de lieues.

[50] *Nicolas de la Garenne* (t. V, p. 325).

[51] A comparer avec la lettre de Toussain à Farel du 31 juillet (N° 807).

[52] L'édition de Brunswick porte en note : « Id est, *ex comitatu Valangin...* » C'est une erreur. La principauté de *Valangin* ne faisait nullement partie de la Franche-Comté, qu'on appelait aussi *la comté de Bourgogne*. Caroli, qui était reparti de *Montbéliard* le 30 ou le 31 juillet (N° 807), avait dû, pour revenir dans le pays de Neuchâtel, passer par Pont-de-Roide, St-Hippolyte et Charquemont. C'est probablement de cette dernière localité, voisine du Doubs et de la frontière neuchâteloise, qu'il écrivit aux ministres de Neuchâtel pour leur annoncer son retour.

[53] *Farel* et *Fathon*, étant partis pour *les montagnes*, durent gravir le Chaumont, entre Neuchâtel et le Val de Ruz, puis la montagne qui ferme à l'ouest le Val de Ruz et le sépare de la vallée de la Chaux-de-Fonds. Cette vallée était la première que devait traverser *Caroli* en arrivant de *Montbéliard*.

[54] Le village de *la Chaux-de-Fonds* n'avait pas encore de pasteur; les

neque aliquis ita potuit compescere, quin gravissimè ipsi minarentur. Nam, ut ingenuè fatear, nomen *Caroli* pessimè audit. Quamvis fratres mitigent ut possunt, tamen fieri non potest, quin horrore missæ ac Pontificis non valde moveantur. *Tandem invenio hominem, causas reddo cur venerim,* nimirum quòd constanter duret, solideque precetur Dominum ac invocet, frustra esse omnia, nisi adsit Dominus. Ubi video utcunque compositum, de iis admoneo quæ facere videntur ad gloriam Christi et plebis ædificationem. Hìc nihil frigidius sentio, et prout in aliis colloquiis habitis cum fratribus, semper veteris hominis omnia plena. Sic et seorsim magis sui non potest præcipuam non gerere curam!

Tristior semper redeo. Per alios admoneri curo, nihil minùs sentio quàm hominem immutari. Queritur quòd *acta in judicio Agathopoli* velimus vulgare et per *Gallias*[55] spargere, sicut ipsi omnia agunt quæ possunt. Vultque ut non minùs alii testentur erratum quàm ipse, sicque meritò id poscere debere, cum adhuc non pauci sint *Arriani*[56], et id genus multa; *suæ pro defunctis precis non potest oblivisci.* Nos tamen speramus posse meliora sequi et sapere. Apud unum ex ministris agere sinimus; sed omnes in nos clamant ac tandem efficiunt, ut cogatur iterum illinc solvere. Nam plebi intollerabilis est. Fratres aliquot. cum intelligerent quæ *Capunculo* dixerat, et rursus quæ *Grandissonensis*[57], dum *Carolum* Athanasium, nos Arrium faceret, hortantur ut aliter pergat. Negat partem eorum quæ *collegæ*[58] dixerat, quæ fortè liberiùs protulerat, quòd *Antonio*[59] amicus nobis non indicarat. Recepit se acturum cum *Comite* qui agit *Grandissoni,* super iis quæ in nos est locutus.

ministres du voisinage y prêchaient de temps en temps. Il est peut-être question ici d'*Étienne-Jacot Des Combes*, pasteur du *Locle*, où il avait commencé ses fonctions le dimanche 26 mars 1536, le lendemain même du jour où le curé *Étienne Besencenet* avait dit la dernière messe (Voy. F. Godet. Hist. de la Réf. et du Refuge dans le pays de Neuchâtel, 1859, p. 139). Selon les *Étrennes neuchâteloises*, 1862, p. 126, *Des Combes* avait été le vicaire de *Besencenet*.

[55] C'est-à-dire, dans *la Suisse romande.*

[56] *Caroli* renouvelait ainsi d'une manière détournée ses accusations d'hérésie contre *Farel*, *Calvin* et *Viret.*

[57] *Jean Lecomte de la Croix*, pasteur à *Grandson* (t. V, p. 81, n. 15; 77, renv. de n. 8).

[58] C'est-à-dire, à *Jean Chaponneau.*

[59] Ce prénon doit désigner *Marcourt* et non *Saunier*. Le mot *amicus*, qui suit, se rapporte probablement à *Chaponneau.*

Cogitur migrare ex ditione Vallangina[60], *indignè ferente populo quòd eum ferrent quem Bernates non paterentur. Omnes quoque ministros damnabant quòd in ædibus ageret ministri.* Abiens secessit in locum in quem convenerunt *Malingrius, Jo. Comes*[61], an alii non satis teneo. Quid egerint, ipsi norunt. Hoc scimus nos nihil sensisse actum fuisse de iis quæ promiserat. Nam de conciliando eo qui nos læsit iniquè[62], nihil intelligimus tractatum fuisse. Novum fortè esset, ut qui turbas semper motas studuerunt, pacificandis rebus incumberent. Hoc scivimus, offensos fuisse aliquot, ædificatum aliquem, nisi fortè ex colloquiis nobiscum publicè habitis, ignoramus. *Interrogabat bonus aliquis in pago ubi missa adhuc habetur, et quem turbavit non parùm Alexander*[63], *an vellet concionari, an prorsùs destiterit? Ibi Carolus artificium vilius esse respondit, nec jam præter ictus baculorum reportari ex eo.* Graviter ille tulit, quòd sic vile duceret, ab aliis concionatoribus adeò commendatum, ministerium.

Mecum conferens, cum indicarem quàm indignè fierent multa, dicebat se angulum aliquem optare, nec magnas cathedras, nisi cogatur rursus venire, satis indicans nullis posse parvis teneri. *Ego monebam, totum sese resignaret Domino, à cujus nutu penderet, ac quicquid etiam durum immitteret Dominus id ferret; semper in hoc esset, ut non sua sed Domini voluntas fieret. Ingrata erat cantio*[64] : aliò transferri oportebat orationem, nimirum se adjuvarem scriptis ad amicos meos, quod sanè feci. Cum aliis querebatur se diutius detineri expectatione longa ; si non quod optabat fieret, aliud habere se quod sequatur, addebat : « *Quid? si recipiant me Bernates, pago alicui obscuro præficiant, numerabunt ducentos*

[60] Voyez, sur la seigneurie de *Valangin*, le t. II, p. 261.

[61] Ce fut sans doute dans l'un des villages situés près de la frontière du comté de Neuchâtel et du bailliage de Grandson (n. 63) que *Jean Lecomte* et *Thomas Malingre*, pasteur à Yverdon, eurent une entrevue avec *Caroli.*

[62] Il s'agit ici d'*Alexandre le Bel*, pasteur à St-Aubin, comté de Neuchâtel.

[63] Farel veut parler du village de *Provence*, situé dans le bailliage de Grandson, et qui faisait partie de la paroisse de *St-Aubin.* Les deux cultes coëxistaient encore à *Provence :* le curé y disait la messe dans la même église où le pasteur de la paroisse venait prêcher l'Évangile. C'est ainsi qu'*Alexandre le Bel* avait pu y exciter des troubles par ses prédications ou par ses relations imprudentes avec le curé (Voyez le renvoi de n. 107, le t. II, p. 380, 407, et la lettre de Farel du 16 mars 1551).

[64] Édition de Brunswick : *cautio.*

florenos[65]. *Hoc sanè non est, ut quis manum calamo admoveat.* » Ubi expectaturus *consulem Watterillensem* ad *Fatonum* se contulit[66], bone Deus, quid refert pius frater! Nihil prorsùs Christi, solas glorias ac vanas omnino quæstiones; nec potuit unquam audire aliquid, nisi semel, ubi adegit ipsum, post prolixum colloquium, ad gratias agendas; tunc tantùm sese commendare visus est Domino. Gravissimè ipsum de multis admonuit *Barbarinus,* taxans multa, sed præcipuè quòd usus fuisset *Alexandri* consuetudine. quem fratres meritò anathemate percussissent, quòd sic se hostem fratribus declararet, ac priusquam plenè esset cum fratribus conciliatus, animos omnium abalienaret prorsùs; plebem quoque malè in hoc ædificaret; diligenterque hortaretur [l. hortatus est] ut nihil cum *eo* haberet commune. Cumque indicaret *Carolus* secum[67] profecturum *Basileam,* valde id improbavit *decanus,* ac queritur de aperto mendacio : nunquam enim consensit, sed dissuasit quàm maximè, idque semper præsente *Fatone.* Socero *Caroli* dedi ad *Gryneum* literas : ut priùs scripserat curaturum se conditionem *Carolo,* sic curaret, ut contineri posset, nec nisi sua culpa periret[68], nobis pro viribus saluti ipsius consulentibus. At non scripsissem, si *Alexandrum* intellexissem cum eo profectum.

Nunc *quod ad actionem attinet istic*[69], *quid dicam non satis habeo. Argentorati non est peccatum, licet in istam*[70] *sicut in omnes est graviter peccatum. Ego arguor quòd privatus occurri : amicum animum obtuli ac præstiti, sed nullo Ecclesiæ præjudicio, neque volo quicquam per ea quæ per me acta fuerunt, decedere disciplinæ ecclesiasticæ, verùm ita confici omnia ut oportet. Quibus articulis sit conventum, quid statutum, non novi. Ingenuè fateor, velle me totam actionem pleniorem fuisse, ac mendacia cum cavillis discussa fuisse. Mihi nihil quæro, sed Ecclesiæ.* Utinam me solum tam perdidisset, quàm fuit unquam aliquis perditissimus, idque citra Ecclesiæ læsionem ullam, cujus gratia neminem vel pili fecero, neque non maximi duxero! Non pœnitet me officiorum in *Carolum* nisi quòd non plura præstiterim. Cupio id tantùm prodesse *Carolo,* ut omnes omnia agant quò ipsi succurrant, ac plenè Christo lucrifa-

65 Voyez la note 130.
66 A *Colombier*, seigneurie de l'avoyer *J.-J. de Watteville.*
67 Il faut sous-entendre *Alexandrum.*
68 A comparer avec les deux lettres de *Grynæus* à Calvin (Nos 820, 831).
69 Voyez le No 822.
70 Ici le mot *ecclesiam* a été omis par le copiste.

ciant, sic ut tantò superet ædificatione omnes, quantò ruina prævaluit. Sed si officia nocent Ecclesiæ, ac inde ansa sumitur agendi præposterè ac evertendæ disciplinæ, pereant sintque anathemata ipsa omnia etiam cogitata in gratiam *Caroli,* ne me, qui ea præstiti aut cogitavi, dicam. Siquidem malo anathema esse, quàm Ecclesiæ Christi incommodare. *Astemus omnes Carolo, adjuremus etiam supra vires, non tantùm pro viribus. Nihil relinquamus intentatum, ut bene mereamur de immeritissimo. Eum intra ipsa gestemus viscera, sitque quàm charissimus; sed fiant omnia sic ut Ecclesiæ nulla ratione obsit. Intret per ostium, ædificet ingressus. Demum accuratè probetur ac diu, nec nisi longissima ac exactissima*[71] *exploratione provinciam ullam gerat :* qui dum insolentissimè præire voluit, postremos etiam sequatur, discatque ut se debeat in domo Domini gerere. Defleat et plangat dejectus et contemptus sibi quod fastu turgidus, ambitione insanus peccavit; quod tam apertè commisit non sic elevet clanculùm.

Ego Deum testem invoco, me nunquam aliquid officii *Carolo* præstitisse post tot et tanta flagitia, nec unquam cogitasse ut admitteretur ad functionem Verbi inter pios, nisi post absolutam, ne dicam absolutissimam pœnitentiam, ac tam clara voluntatis divinæ testimonia quibus præfici debeat, ut nemo secùs sentiat, nisi qui Domino velit contradicere apertè. Rursus Christum Jesum testor, me nolle ulla ratione aliquid habere partis in consensu quo is priùs admittetur *(sic)*, sed quantùm possum reos sanguinis inclamo, et sanguinis Christi, qui perdendam ecclesiam ipsi crediderint, aut consenserint. Hìc ingenuè fateor non posse assentiri, nec assensurum, donec longa probatione se sic approbarit, ut dignus habeatur. *Alamus hominem, alamus et solemur modis omnibus citra detrimentum Ecclesiæ. Aliàs si quis intruserit in locum in quo Dominus voluit meo ministerio uti et per me aliquot sibi lucrifacere, apud Deum meum dei njuria mihi illata, quæ Ecclesiæ ipsi, imò ipsi Christo infertur, queror.* Sicut et in aliis factum est indignè, hìc reputo indignissimè. Non est ita nobis prostituenda virgo hæc, sponsa Christi, iis qui se quærunt, donec intelligamus eos Christum verè quærere, non seipsos. Non satis habent ii quos præstitisset non nasci (qualiter sint nati non dico) tot turbas quòd[72] sponte

[71] *Exactissima* a remplacé *exploratissima*, qui est biffé.

[72] Dans l'original, *quot*, qui supprime toute liaison entre *non satis habent* et *ecclesias invidentia perdiderint*, etc.

suscitarint, ecclesias invidentia perdiderint, lupos foverint, monstra evexerint, nisi diluvium malorum immittant.

Tu, frater, obsta tam indignis Ecclesiæ malis, quæ vitata volui. *Carolo* nolim vel in minimo obesse, omnem communionem ultro offerre paratus; sed cupio consultum ecclesiis, nec aliquid omitti quod è re sit ecclesiarum. Constantiam ac gravitatem hîc exopto, non ita in beneficiis et obsequiis quibus quis tenetur etiam hosti adesse : quamvis ingenuè fatear me plura pro *ipso* egisse ac pertulisse, quàm si pater mihi fuisset. Sicut mortalium unquam nemo ita me læsit, volui contendere juxta sententiam Christi benefaciendo; sed semper cavi ne quid ad ministerii functionem tenderet, vel disciplinam impediret. Tempestivum jam est ut bili frenum injicias, nec te ac alios vexes; præstanda sunt quæ sine jactura Ecclesiæ possunt, nec me opus habes monitore. Ne reputes me unquam aliquid de *Carolo* scripsisse quòd me pœniteret actorum in ipsum ut officii. Nam, ut jam sum testatus, noram hominem, et quæ egit ac procuravit longè plura quàm scripserim reputans acta; sed ea omnia non impedierunt quin ex animo egerim. Cupio et alios, omnibus etiam cognitis, bene ipsi facere, salva semper Ecclesia in omnibus, pro qua suscipienda sunt mala, non in gratiam alicujus. Cedant omnia Ecclesiæ, hoc est ipsi Christo, qui caput est, quique vult suam sponsam nusquam nec unquam negligi.

Non nobis timemus de ecclesiis hujus ditionis ubi adnunciatur Christus, quòd præfici possit sine insigni specimine solidæ pietatis. Imò scimus omnes priùs pellendos à plebe, quàm ut solus possit admitti, nec puto satis tutum ipsi futurum, etiam si privatus hîc ageret. Quod *Martinus* vocat ἀρκτόλυκον [73] non tam execrandum habetur animal, ut plebi est huic [74], nec possumus meliùs consulere, quàm si taceamus. Profectò mirum sentimus affectum contra eum. Aliis timemus, quamvis ubicunque egerit, nisi tanta [l. tantùm ?] sanctimonia et insignis pietas hominem commendarit, valde despectum erit suum ministerium, tamque sine fructu, ut etiam aliis incommodet. Nam, ut nosti, *circulatorum* vocant *illam iteratam defectionem,* et id quod dicitur : « *modò ait, modò negat.* » Ideo videant qui hominis magis quàm Ecclesiæ rationem habent, ne sibi judicium, et homini ac Ecclesiæ malum accersant.

[73] Nous ne savons dans lequel des ouvrages de *Martin Luther* ou de *Martin Bucer*, il est parlé du *loup boréal.*

[74] Ici et plus bas, après « ubicunque egerit, » *Carolus* est sous-entendu.

De *Alexandro,* quem ideo puto sic fuisse assumptum, ut eò iret quò concessit[75], ac opinor priusquam hinc solveret sic conclusum fuisse, tu nosti quos habuerit in synodo[76], et qui possint apud *Rognacum*[77] et filium *Roberti a Marca*[78]. Per hos puto commendari, nec tacebit *Alexander,* tantò propensior in gratiam *Caroli* ad mentiendum, quantò infensior est nobis. Sed postquam is audiri vult[79], fratribus non auditis, ut obtineat quod fit ubi alter tantùm auditur, sic accipe. In montibus egit[80], certè dignus qui feras pascat, non homines, cum literarum sit expers. Agebam *Neocomi* tunc dum venit e *Gallia,* commendatus literis *Robertivallis*[81]. Dixi me non posse ipsi consulere; videret si quam posset conditionem invenire, ac experiretur quid posset. Is puto ad *Glandineum* concessit, egitque cum eo ac tandem locum habuit[82]. Non est quòd

[75] C'est-à-dire, chez *Mr de Rognac*, à *Linchant* dans les Ardennes (N° 823, renvois de note 16-19).

[76] Le synode convoqué à *Lausanne* pour le 31 mars 1538, et qui termina ses travaux le 4 avril.

[77] Voyez note 75.

[78] *Jean de La Marck*, seigneur de Jametz (t. V, p. 233, 248).

[79] A comparer avec le N° 823, renvoi de note 20.

[80] Éd. de Brunswick : « In montibus *is* egit. » Il ne s'agit pas ici des montagnes de la Prévôté (Jura bernois), où *Alexandre le Bel* fut pasteur, mais des montagnes de son pays natal (n. 91).

[81] Le sieur *de Robertval*, qui était en 1534 lieutenant du maréchal de La Marck (Voy. t. III, p. 237. — La lettre de Calvin du 6 févr. 1540). Nous ne savons s'il pourrait être identifié avec ce M. *de Robertval* qui fut chargé en 1537 [au mois d'octobre ?] de s'emparer des vallées de St-Martin et de Luzerne, habitées par les Vaudois du Piémont (Voy. Bayle. Dict. hist. art. Guill. du Bellai, note G).

[82] De *Neuchâtel*, où il dut arriver vers la fin de l'an 1530, *Alexandre le Bel* se rendit auprès de *Claude de Glantinis*, alors pasteur à *Tavannes* (II, 251-253, 308), et, dès le mois de mars 1531, il annonça successivement l'Évangile à *Sornetan*, à *Court*, à *Mervelier,* puis à *Moûtier-Grandval*, où il était « agréable » à ses paroissiens (II, 353, 359, 360). Nous avons lieu de croire qu'il dut les quitter vers la fin de septembre 1532, et peut-être à la suite du scandale mentionné plus bas (renv. de n. 84). *Urs Starck*, gouverneur de Moûtier, écrivait en effet à MM. de Berne, le 21 septembre (1532) : « Lorsque je vous ai priés, il y a quelques jours, de favoriser les prédicants de *Moûtier* (zu gunnen den Predicanten zu Münster), de congédier *Alexandre Lebel* et de mettre un autre à sa place, vous avez agréé ma requête. » (Apologia einer Statt Bern, 1615, p. 147.) Le millésime de *1531*, que l'auteur de l'*Apologia* donne à la lettre du gouverneur, est inexact. MM. de Berne n'auraient pu, au milieu de septembre

commemorem qualiter contenderit cum *Glandineo* pro scorto quod uterque ambiebat; sed *Alexandrum* secuta est Helena. Aliam quæsivit *Glandineus*. Sed dum uxor *Glandinæi* proscindit Alexandrinam, ventum est ad arma, gladiis et securibus pugnatum [83] in vico palàm, et nisi diremissent vicini, cecidisset alter, si non uterque [84]. Pacatum fuit utcunque [85] dissidium; egit multa *Alexander* bellicosè, ac sanè digni erant *canonici* qui talem haberent antagonistam. Utinam Christo tam dignus fuisset! Sicut ventrem tantùm illi curant, sic *Alexander* gravis ipsorum ventri imminebat [86], nihil non recipiens cessurum in usum plebis, modò deficerent à *canonicis* [87]; et, quamvis multum periret sacrificulis per *Alexandrum*, vixit tamen calamitosè valde. Pluries illic locum mutavit, ut liberum erat, nemine prospiciente [88]. Sæpius conatus est locum aptio-

1531, consentir si facilement à la destitution du pasteur qu'ils avaient recommandé le 30 août aux chanoines de Moûtier, et que ceux-ci venaient d'accepter le 13 septembre (II, 360, n. 4).

[83] Édition de Brunswick : *est* pugnatum.

[84] Les actes du synode d'Yverdon du 8 juin 1536 (t. IV, p. 64, renv. de n. 21) nous apprennent que *Glantinis* avait été l'agresseur.

[85] Édition de Brunswick : *utrumque* dissidium.

[86] *Les chanoines de Moûtier-Grandval* avaient d'abord promis (avril 1531), puis s'étaient formellement engagés, le 2 août suivant, à faire une pension au ministre de Moûtier et à celui de Sornetan (Ruchat, III, 69, 72). Mais, pendant son séjour dans ces deux paroisses, *le Bel* ne put obtenir que cette chétive pension lui fût régulièrement payée. Il avait à peine de quoi vivre. De là ses plaintes continuelles (t. II, p. 359, 360. — Apologia cit. p. 72, 77, 110).

[87] Il n'était guère besoin de dire au peuple que tout irait bien pour lui, s'il abandonnait le parti des Chanoines. Le schisme était presque entièrement consommé dans la Prévôté de Moûtier-Grandval, à l'époque où *le Bel* vint s'y établir (t. II, p. 300, 301, 308, 320, 353). D'ailleurs, le Prévôt du Chapitre, *Cornelius de Lichtenfels*, et la plupart de ses chanoines continuaient à se déconsidérer par leurs désordres et leur égoïsme. *Vullième*, fils aîné du Prévôt, était redouté pour ses violences. Accompagné de quelques chanoines et d'hommes armés, il assaillit nuitamment la cure du village (janvier 1532) et maltraita « le prédicant et sa femme. » Aussi *le Bel* termine-t-il ainsi l'une de ses requêtes aux Bernois : « Qu'il plaise à Messieurs de me vouloir donner conseyl et ayde de procéder contre ses [l. ces] enforceurs de maisons » (Voy. t. II, p. 252, 320, 351, 360, 361. — Münsterthal-Buch, I, p. 60, 107, 189. Arch. de Berne. — Apologia cit. p. 73, 82-86, 97, 100, 104. — Ruchat, III, 69, 96, 97, 200; V, 301, 302).

temporis consumpsi quod præteriit ex quo scripsit se incepisse[37]. Nec dubito quin hortatu *Michaëlis*[38]. *Secretarius Paterniacensis*[39] hîc unum ex fratribus habet. Educat apud se vicissim filium ejus cui eum commisit. Est hospes *Gasparis*[40], vir bonus et integer. Mater valde anxia est quòd de filio nihil audit. Tu ergo effice ut brevi scribatur quomodo habeat.

Omnes te amicissimè salutant, *Capito, Bucerus, Sturmius, Pedrottus.* Nostri etiam *Claudius, Gaspar, Brito*[41], *discipuli Claudii*[42], *Jacobus cum sodali suo, Enardus*[43], tota domus nostra ubi nunc est *frater*[44]. Literas istas satius erit apud te contineri quàm longiùs spargi. Argentor. 27 Octob. 1539[45].

Calvinus tuus.

Antonius, c'est-à-dire le personnage qui aurait entrepris et terminé avant *Pignæus* la traduction des deux *Épîtres*. Mais le sujet de *moretur* pouvait être sous-entendu. *Farel*, ayant servi d'intermédiaire entre le traducteur et *Calvin* (N° 830, renv. de n. 117-119), savait très bien de quelle personne celui-ci voulait parler en disant : « Je crains que s'*il* tarde à faire imprimer sa traduction, *Antoine Pignet* ne le devance. » Dans sa lettre du 19 mars (1548), Calvin désigne également ce dernier personnage par son nom de famille, précédé du prénom (Calvini Epp. 1575, p. 87).

Au reste, fût-il prouvé que l'auteur de la première traduction s'appelait *Antonius*, on serait assez embarrassé de dire qui c'était. Après avoir exclu *Marcourt* (N° 830, renv. de n. 114), puis *Froment*, tout occupé alors de ses affaires commerciales, on aurait à choisir entre *Saunier*, pasteur à Rolle, et *Rabier*, pasteur à Hermance.

[37] Depuis le moment où *Antoine Pignet* écrivait à Calvin, qu'il avait commencé à traduire la *Responsio*, il s'était écoulé vingt-trois jours. L'auteur n'en avait mis que six ou sept à la composer (N°s 811, renv. de n. 13; 821, renv. de n. 4).

[38] *Michel du Bois*, imprimeur-libraire à Genève (N° 821, n. 6, 7).

[39] Le secrétaire de la ville de *Payerne.*

[40] *Gaspard Carmel.*

[41] Il existait alors, dans le canton de Fribourg, une famille du nom de *Brithoni*, et un certain *Jean Briton* était châtelain de Morges en 1542. Mais il s'agit probablement ici de ce « *Jean Curie, Breton* » qui étudiait depuis plusieurs mois à Strasbourg, et que nous retrouverons à Lausanne et à Zurich (Voy. la lettre de Calvin du 6 février 1540, et celle de Jean Ribit du 22 avril 1543).

[42] Les deux frères *Louis* et *Charles de Richebourg* et le jeune *Malherbe* étaient les élèves de *Claude de Fer* ou *Féray* (Voy. les lettres de Calvin à Farel, 29 mars 1541, et à M. de Richebourg, avril 1541. Calvini Epp. 1575, p. 27, 280-282).

[43] *Jacques Sorel*, *Robert le Louvat* (N° 823, n. 25) et *Eynard Pichon.*

[44] *Antoine Calvin.*

[45] Ce millésime est d'une autre main.

Saluta mihi diligenter omnes fratres, *collegam tuum, Thomam* [46] et alios. *Non potui nunc ad Michaëlem* [47] *scribere. Velim tamen illi injungas, primo nuncio scribat de psalmis quid actum sit. Mandaveram ut centum exemplaria Genevam mitterentur* [48]. *Nunc primum intellexi non fuisse id curatum.* Certè nimis negligenter tamdiu distulit mihi significare.

Non potui *acta* nunc habere; propediem recipies [49].

Vous m'aviez mandé par *Alexandre* [50] que vous aviez à moy *pias precationes Lutheri,* desquelles vous ne faictes nulle mention. Je vous prye aussi me mander comment il en va.

(Inscriptio :) Optimo fratri meo Farello, Neocomensis ecclesiæ ministro fidelissimo [51].

[46] *Jean Chaponneau* et *Thomas Barbarin.*

[47] *Michel du Bois* ou *Jean Michel?* ou encore *Michel Mulot? Calvin* avait déjà des relations d'affaires avec *Michel du Bois;* mais il faut noter que, dans sa lettre du 31 décembre, au lieu de le désigner simplement par son prénom, il l'appelle *Michaël, Genevensis Bibliopola.*

[48] Cent exemplaires de ce *Psautier* dont Calvin disait, le 29 décembre 1538 : « Statuimus brevi publicare, » et qu'il publia, en effet, avant le mois de mai 1539 (N° 823, n. 29; t. V, p. 452, n. 21). Les récents éditeurs des *Calvini Opera* (t. VI, Prolegomena, p. xxi) ont expliqué ce passage au moyen d'une conjecture : Cent exemplaires *manuscrits* du Psautier (le texte et la musique copiés à *Neuchâtel* sur l'exemplaire de Calvin) auraient été envoyés à *Genève*, pour qu'on en fît l'essai. Cette hypothèse, qui avait contre elle la vraisemblance, a été contredite par les faits.

[49] Les actes de la conférence de Strasbourg (N° 822).

[50] *Alexandre le Bel*, qui était arrivé avec P. Caroli à *Strasbourg* vers la fin de septembre (N° 830, renvois de n. 67, 75).

[51] Ce dernier *post-scriptum*, biffé par Calvin lui-même, a pour nous une certaine valeur : c'est l'unique post-scriptum français adressé par *Calvin* à *Farel*, et il prouve que les deux Réformateurs ne se tutoyaient pas. Le *tu* est commode pour la traduction de leurs lettres : il permet d'éviter la fatigante rime de la seconde personne du pluriel; mais il n'est pas *historique*. Théodore de Bèze a été plus exact, quand il a traduit en français des lettres latines de *Calvin* adressées à Farel et à Viret. « Bien vous soit! Venez, je vous prie, » c'est ainsi qu'il le fait parler à son cadet et à son aîné (Préface des commentaires de Calvin sur Josué. Genève, 1565, in-8°, f. i 1, l 7, l 8).

[52] On lit au-dessous cette note de la main de Farel : « 27 octobris 1539. »

835

JEAN CALVIN à Jean Sturm [1] à Strasbourg.
(Strasbourg, 1ers jours de novembre 1539 [2].)

Copie contemporaine [3]. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Calvini Opera. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 428.

Pro afflictis in Gallia [4].

Ne videantur *principes nostri* [5] plus sibi velle sumere quàm *Regi* [6] concedant, videtur optima fore hæc ratio, si principio testentur nihil se magis optare, quàm aliquando sibi opportunitatem dari approbandæ illi suæ doctrinæ. Quòd scilicet et bona causæ suæ conscientia, et æquitatis illius fiducia freti, non dubitent se habere rationes quibus illi satisfaciant, si quando ad *amicam commentationem* ventum esset [7]. Deinde, quòd multa benevolentiæ ipsius erga

[1] Les instructions contenues dans cette pièce furent rédigées par *Calvin*, à la demande de l'un des députés qui allaient représenter la ville de Strasbourg à la diète d'Arnstadt (N° 832, n. 27). Le Réformateur, dans sa lettre du 20 novembre (renv. de n. 40-41) appelle ce député « *Sturmius noster.* » C'était probablement *Jean Sturm*, son ami intime, qui s'intéressait vivement aux Évangéliques français, et qui était bien qualifié pour recommander leur cause aux princes protestants. Les nouveaux éditeurs de Calvin disent, au contraire (tome cité, p. 440, note 5), que « *Sturmius noster* » désigne le magistrat strasbourgeois *Jacques Sturm*. Nous doutons fort que *Farel* et *Calvin* fussent intimement liés avec ce personnage, au point de lui donner, à l'exclusion de *Jean Sturm*, l'épithète de *noster*.

[2] A comparer avec le N° 835, renvois de note 40-41.

[3] Voyez la note 14.

[4] Nous empruntons ce titre à la note suivante, écrite par *Farel* au dos du manuscrit : « *Pro afflictis in Gallia et præfationi addenda Institutioni. 1539.* »

[5] Les princes protestants d'Allemagne.

[6] C'est-à-dire, à *François I.*

[7] On ne pouvait guère espérer que le Roi accepterait une *conférence amicale* sur la religion. Il l'avait demandée, il est vrai, en 1535, mais en

se testimonia habent, unde spem concipiunt, illum propensum fore ad audiendas quas habent rationes. *Nec verò dubitant, quin ipse pro sua sapientia videat, quantopere corruptus sit ordo ecclesiasticus : quanta sit in plebe ignorantia et superstitio, quot vitiis laboret Ecclesia*[8]. *Quæ omnia reformationem exigunt, quam nos expetimus, hostes verò nostri refugiunt.* Cum enim sint omnia sic collapsa omni ex parte et dissipata, ostendant ipsius quoque referre, si velit regno suo bene consultum, ad eam reformationem animum adjicere.

Deinde, si in præsentia illud, quod maximè esset optandum, impetrari non potest, se tamen cupere illum interim esse causæ propitium. Idque ut declaret in suo regno, clementer tractando eos qui cum ipsis in religione consentiunt. Atque hîc *significent, se arbitrari multos illic esse bonos viros qui propiùs attendant ad lucem verbi Dei, et qui conscientia urgeantur ad improbandos abusus quos Deo adversari vident. Cum ergo tantum ipsis detulerit, ut pollicitus sit se non passurum eorum causam vi et armis opprimi*[9], *ut eam clementiam et benignitatem erga subditos suos declaret, qui cum*

approuvant certaines exigences de ses théologiens qui la rendaient impossible (t. III, Nos 512, 525, 530). Et cependant, le 20 décembre, même année, *Guillaume du Bellay* était venu déclarer à l'assemblée de Smalkalden, que le Roi, sur plusieurs questions importantes, s'éloignait de ses théologiens et se rapprochait des idées de Mélanchthon (Voy. t. III, p. 363, n. 6, 7; 365, n. 19. — Sleidan, éd. cit, I, 541-544, 550-553. — Seckendorf, o. c. III, 104-106, 108, 110).

[8] On pouvait l'induire des aveux faits par *G. du Bellay* à Smalkalden (Voyez les auteurs indiqués dans la note 7).

[9] Les princes de la Ligue de Smalkalden, ayant député *Guillaume de Furstemberg* (17 nov. 1531) vers *François I*, pour lui recommander leur cause, — « fut dépesché par le Roy (11 mars 1531, v. st.) messire *Guillaume du Bellay*, seigneur de Langey... pour les asseurer en parole de prince, que... ils le trouveroient prest à leur secours, quand ores il adviendroit qu'il se trouvast seul à leur donner ayde » (Voy. les Mémoires de Martin du Bellay, livre IV. Collection Petitot, t. XVIII, p. 122-127. — C. von Rommel. Philipp der Grossmüthige. Giessen, 1830, I, 288-291, II, 259-262). Ces assurances furent plus d'une fois renouvelées par divers intermédiaires, entre autres par Guillaume de Furstemberg. *Martin Frecht* écrivait d'Ulm à Vadian le 28 janvier 1539 : « Generosus ille *Wilhelmus* Comes *a Furstenberg* Evangelicis bonam spem facit fore, ut si etiam illi coëuntes Christianæ religionis coryphæi aliquid contra *Lutheranos* tentare vellent, in tempore eis neque consilium neque auxilium defuturum » (Autogr. Bibl. de St.-Gall. — Voyez aussi Neudecker. Urkunden aus der Reformationszeit. Cassel, 1836, p. 323, 324. — Læmmer, o. c. p. 220).

habeant communem causam, damnari nequeunt, quin causa nostra simul damnetur.

Sit autem hoc primum postulatum, ut populo permittatur *Sacram Scripturam* habere ac legere lingua vulgari : quod est hodie periculosum in sola *Gallia*[10], cum ubique liceat.

Alterum, ne propter suspitiones, nullo certo crimine, vexentur ac trahantur in judicium capitale quieti ac modesti homines, qui nihil aliud quærunt quàm, post Deum, principem suum revereri ac legibus obtemperare.

Tertium, ut hanc cognitionem bonis et æquis judicibus demandet, qui non agant hîc privatum negocium : qualiter faciunt ecclesiastici et qui illis sunt authoritati, quos certum est hîc nihil aliud quærere, quàm ut vitia quibus Ecclesiam perdiderunt, retineant, et si quis contrà mutire ausit, cæca rabie ulciscantur.

Quartum, ut qui accusati posthac fuerint, iis liceat fidei suæ rationem reddere, et si justam satisfactionem obtulerint, audiantur.

Quintum, ut qui nunc in carcere sunt, citra abjurationem liberentur[11].

Si *reginam Navarræ* conveniant[12], erunt admonendi, ne ejus consiliis auscultent[13]. Quanquam expediet, illi Evangelii causam in genere commendari, ac indicari sic de ejus pietate persuasos esse *nostros principes*, ut certò sperent sibi in hac legatione suffragaturam, utpote quæ pro Christo et regno ipsius suscepta sit. Sic

[10] A comparer avec le t. II, p. 179, note 19.

[11] Allusion à l'édit de Coucy du 16 juillet 1535 et à celui de Lyon du 31 mai 1536, par lesquels *François I* pardonnait « à tous hérétiques, accusés, emprisonnés ou condamnés par contumace, pourvu qu'ils vinssent abjurer dedans six mois » (Voyez t. III, p. 322, n. 32, et les Nos 566, 577, 612).

[12] Il faut sous-entendre *Principum legati.*

[13] A comparer avec le t. V, p. 38-42, 439-441, renvois de note 30-34, et avec la lettre de Calvin à Marguerite de Navarre du 28 avril 1545 (trad. en latin et publiée dans les *Calvini Epp.*, 1575, p. 53). Bèze dit qu'à la suite de l'affaire des *placards* (1534), « la plus part des grans commença... de s'accommoder à l'humeur du Roy.... Voire mesme *la Royne de Navarre* commença de se porter tout autrement, se plongeant aux idolâtries comme les autres; non pas qu'elle approuvast telles superstitions en son cœur, mais d'autant que *Ruffi* [c'est-à-dire *Gérard Roussel*] et autres semblables luy persuadoyent que c'estoient choses indifférentes » (Hist. Eccl. 1580, I, 22).

fortasse movebitur, quia spem de se conceptam fallere ipsam pudebit[14].

834

PIERRE TOUSSAIN à ses parents et amis.

De Montbéliard, 18 novembre 1539.

MANQUE.

Voyez la lettre de Toussain à Calvin du 28 juin 1539 (N° 799, note 11) et Duvernoy. Éphémérides du comté de Montbéliard. Besançon, 1832, p. 442.

835

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg, 20 novembre (1539).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opp. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 429.

Salve, amicissime frater!

Judicium tuum de actis reconciliationis cum Carolo factæ[1] jamdudum avidè expecto. Ille non redit, nec dubito quin *illic* nidum quærat[2]. Et certè constat ei non mala consilii sui ratio : meliùs fumant aulicæ culinæ, quarum odore scis illum aliquantulùm affici. Vereor tamen ne hærere diu possit apud eos, qui malam gratiam

[14] On lit au-dessous cette note, qui est de la main de Calvin : « *Sequitur exemplar excusationis quæ præfationi inseretur* » (Voyez N° 835, renv. de n. 54).

[1] Voyez le N° 832, note 9.

[2] A comparer avec le N° 832, note 11.

nolunt inire apud *Regem*[3]. Quidquid erit, si fidem præstiterit, illum omnibus officiis demereri oportebit.

[4] *De comite Guillelmo sic habet res.* Quoniam *Montijanus*[5] violenter irruperat in *Alpinas valles* multisque injuriis vexaverat bonos fratres[6], *Comes* ea de re questus est graviter apud *Connestabilem*[7] nec à minis abstinuit. Ille initio mollire animum *Comitis* velle, ac blanditiis reconciliare *cognato suo*[8]. *Comes* animosiùs subinde loqui, donec ille etiam ferocire cœpit. Hinc non dubia inter eos simultas[9]. *Comes extemplo per literas, quas mihi legendas præbuit,*

[3] Allusion à M. *de Rognac* et à M. *de Jametz*. Ces personnages étaient au service de François I, et ils pouvaient encourir sa disgrâce en donnant un asile à *Caroli*, « banni du royaume de France. »

[4] Le morceau qui suit, jusqu'au renvoi de note 43, a été biffé et placé entre parenthèses. C'est ainsi que *Théodore de Bèze* signalait les paragraphes qu'il voulait supprimer. Heureusement, il a renoncé à publier la présente lettre, ce qui nous a peut-être valu la conservation du manuscrit original, tandis qu'on ne retrouve plus les originaux de maintes pièces qu'il a éditées dans les *Calvini Epistolæ et Responsa*, 1575-1576.

[5] *René de Montejean* (Voy. n. 13, et plus haut, p. 104, n. 126).

[6] *Les Vaudois du Piémont.* La persécution de 1535 (N° 528) avait pris fin dans les Vallées vaudoises par la volonté du duc de Savoie. A l'approche de l'armée française (1536), il avait défendu « de molester *les Vaudois* ou *povres de Lyon* et leurs adhérens... sous prétexte quelconque qu'on peust proposer » (P. Gilles. Hist. eccl. des églises réf. de Piedmont. Genève, 1665, p. 41). Nous avons vu, t. V, p. 149, 169-71, que sous l'administration française la persécution avait recommencé (août-septembre? 1538). Mais on ignore si ce fut alors que les Vaudois subirent les vexations reprochées à Montejean.

[7] *Anne de Montmorenci*, créé connétable le 10 février 1538.

[8] Autant qu'on peut l'inférer de généalogies incomplètes, *Montejean* et *Montmorenci* étaient cousins au troisième degré par les alliances de leurs maisons avec la maison de *Laval* (Voy. Moréry, art. Laval).

[9] C'est à l'occasion du pillage des Vallées vaudoises que la haine réciproque de *Montmorenci* et de *Furstemberg* venait d'éclater; mais elle avait des causes plus anciennes. Comte de l'Empire, *Guillaume de Furstemberg* (1492-1549) n'était pas un vulgaire chef de bandes. Il servait déjà en 1515 sous l'empereur Maximilien, en 1521 sous François I. Il avait commandé les troupes de la ligue de Souabe pendant la guerre des paysans (1525) et contribué puissamment à la victoire d'Ulric de Wurtemberg sur l'armée de Ferdinand (1534). Vers la fin de l'année 1535, il était rentré au service de la France, comme général en chef des mercenaires allemands, et, par son ascendant extraordinaire sur cette turbulente milice, non moins que par sa bravoure personnelle, qui se signala au pas de Suze (octobre 1537), il avait mérité l'estime très marquée de François I. Le roi

Montijano societatem quam priùs coierant, renunciavit[10]. « Improbum ac sceleratum sibi haberi dixit, si in *valles suas*[11], ut ferebatur, invasisset, gentemque innoxiam expilasset. » Rescribuntur literæ ejus nomine, quibus dicit *Comitem* turpiter mentiri. Addit *illos nihil [pa]ssos quod non sint meriti sua in Deum et Regem rebellione*[12]. *Comes* hominem expeditè mittit, per quem ad duellum provocat. Ille in itinere de morte[13] intelligit. Interim *Connestabilis*

aimait à s'entretenir avec lui et le retenait souvent à la cour, où le comte Guillaume faisait très grande figure et n'usait de la faveur du maître que pour plaider la cause des Évangéliques français.

L'orgueilleux *Montmorenci*, qui « forçait prélats, capitaines et magistrats à se courber devant lui comme devant le souverain même, » pouvait-il observer avec indifférence le crédit croissant d'un protecteur des hérétiques? Était-il homme à ménager le fier Allemand qui, invité par lui à baiser les pieds du pape, lors de la conférence de Nice, refusa nettement d'obéir (2 juin 1538)? Ce jour-là, nous en sommes convaincu, la ruine de *Furstemberg* fut jurée. Il nous est du moins impossible d'admettre que le Connétable soit resté étranger au complot ourdi par le capitaine *Vogelsberg* (n. 14). Jamais celui-ci n'aurait eu l'audace de se révolter contre son général et de lui adresser, même de loin, des outrages publics, s'il n'avait pas été assuré de l'impunité et soutenu en secret par un homme tout-puissant à la cour (Voyez t. III, p. 102, 388, 389, IV, 97-99, 202, 203, 293, 317, V, 444-46. — Ernst von Münch. Gesch. des Hauses und Landes Fürstemberg, t. II, p. 1-63. — Chronique de François I, publiée par G. Guiffrey, p. 229, 241. — Sleidan, o. c. II, 121, 123, III, 100. — Henri Martin, o. c. VIII, 157, 254, 265, 278).

[10] Il s'agit simplement des relations d'amitié qui s'étaient formées entre Furstemberg et Montejean.

[11] François I avait permis que *Furstemberg* prît *les Vaudois du Piémont* sous sa protection spéciale : ce que Farel exprimera en disant : « *Pedemontani quos Rex dederat comiti Guillelmo* » (Lettre du 31 oct. 1540).

[12] A cette réplique brutale de *Montejean* il suffit d'opposer le jugement que *Louis XII*, *Guillaume du Bellay* et le cardinal *Sadolet* ont porté sur les Vaudois (Voyez, t. III. p. 329, n. 4. — De Thou, o. c. Basle, 1740, I, 539, 540. — Henri Martin, o. c. VII, 326-27, VIII, 326-33. — L. Frossard. Les Vaudois de Provence, 1848, p. 13, 15, 19-21. — Les luttes religieuses en France au seizième siècle, par le vicomte de Meaux. Paris, 1879, p. 31).

[13] On lit dans les Mémoires de Martin du Bellay, liv. VIII (Collection Petitot, t. XIX, p. 293, 294) : « L'an 1538, *le Roy* estant à *Compiègne*, tomba malade d'une apostume... dont il fut en grand danger de mort. Au mesme temps, vindrent nouvelles au Roy que le maréchal *de Montejean*, son lieutenant général en Piémont, estoit en extrémité de maladie... ; parquoy il dépescha, pour tenir son lieu, le mareschal *d'Annebault*, et avec luy le seigneur *de Langey*, pour tenir son lieu en son absence...

suscipit *Comitis adversarium*, et totum favore suo [compl]ectitur; subornat qui variis illum contumeliis lacessant[14]. Sic tractatus *Regi*

Lequel *d'Annebault*, ayant nouvelles par les chemins, du trespas... de *Montejean*, print la poste, etc. »

Plusieurs historiens ont suivi du Bellay, et ils placent en *1538* la maladie de François I et la mort de Montejean. Mais ces événements appartiennent à l'année *1539*. Du Bellay lui-même en fournit la preuve, quand il dit, p. 296, que le Roi, « encores qu'il ne fust bien sain de sa maladie, » s'avança à la rencontre de l'Empereur. La Chronique de François I, p. 271, 272, 275, nous apprend aussi que le Roi tomba malade en septembre, qu'il recouvra la santé « peu de tems après, » et que « environ la fin du dict moys de septembre, le Roy fut adverty que l'Empereur voloit passer en France pour aller en Flandres. » Or il est avéré que *Charles-Quint* fit ce voyage en novembre et décembre 1539.

[14] Le plus dangereux de ces insulteurs, « subornés par Montmorenci, » était le capitaine *Sébastien Vogelsberg*. Dans un mémoire adressé le 15 septembre 1539 aux Princes et aux Villes de l'Empire, *Furstemberg* nous apprend que le susdit capitaine, son subordonné, séjournait en Allemagne, vers la fin de 1537, lorsqu'il reçut du Connétable et de lui, Furstemberg, l'ordre d'enrôler dix-sept enseignes de lansquenets; que ces enseignes se réunirent à Langres, le 15 mai 1538, et furent acheminées sur Marseille, où elles devaient prêter serment. Il reproduit en entier les lettres que *Vogelsberg* lui écrivit du 11 avril au 8 mai, lettres pleines de témoignages de dévouement et signées : « L'humble serviteur de vostre Seigneurie. »

« Néantmoins depuis (ajoute Furstemberg), luy, ayant faict venir les gensdarmes de *Langres* à *Marseilles*, au terme assigné pour faire la monstre [c. à d. la revue], oultre les commissaires du Roy, je luy envoyay quelques personnages de par moy, avec lètres, ausquelles estoient contenuz articles pour l'instruire comment il debvoit faire jurer les gensdarmes, premièrement à la Majesté Royalle, puis après à moy, comme son couronnel sur les landzquenetz. Lesquelz vinsrent à luy, et en mon absence (d'aultant que pour lors il me falloit estre, avec mes dix premières enseignes, auprès de la Majesté Royalle pour la garde de sa personne *), luy proposèrent... ce qu'ilz avoient en charge et commandement de moy. Mais il leur respondit fièrement et oultrageusement... *qu'il pourroit bien faire je ne sçay quoy de mes articles*,... et que tant s'en failloit qu'il peult endurer d'estre soubz ma charge, *qu'il seroit plustost possible que moy avec mes dix enseignes me soubmisse à luy*. Ces paroles feusrent de luy respon-

* *G. de Furstemberg* escortait avec six mille hommes *François I*, qui se rendait à la conférence de *Nice*. Le roi séjourna près de cette ville, à Villeneuve, du 2 au 18 juin 1538, et il n'arriva à *Marseille* que le 30 du même mois (Voyez t. V, p. 45, 414. — Seckendorf, o. c. III, 178). Pendant ce temps-là, *Vogelsberg* menait ses enseignes « au long du Rosne, jusques aux mons, où il tint son camp. Et depuis (fait observer le comte Guillaume) jamais n'approcha de moy jusques à quarante lieues. »

[suum] famulitium renunciavit [15]. Nuper literas a *Rege* accepit, cum libello v[alde] probroso sui adversarii [16]. Respondit *Regi* sibi esse paratam defensi[onem ad] omnia objecta, modò sine ejus offensione verum dicere liceret; se enim in[tellige]re adversùs *Connestabilem*, à quo prodiissent illa omnia, esse agendum [17]. Et sanè totam

dues avec plusieurs aultres semblables, pleines de contumélies, injures et menasses... » (Voyez le folio C de l'opuscule intitulé : « Declaration faicte par Monsieur Guillaulme, Conte de Fürstenberg, touchant la querele quil a avec Sebastien Vogelspergern... » (Strasbourg, 1539) 21 feuillets in-4°, caract. gothiques.)

[15] Selon Münch, o. c. II, 49, 50, *Furstemberg* donna sa démission après avoir, en juillet 1538, accompagné *François I* jusqu'à Aigues-Mortes. Le récit de Calvin annonce, au contraire, que cette démission remontait, tout au plus, au mois de mai ou de juin 1539 (N°s 824, renv. de n. 9; 832, renv. de n. 29-32). Il est vrai que Furstemberg se trouvait déjà à *Strasbourg* en novembre 1538, et qu'en janvier et février 1539 il y enrôlait des soldats avec l'argent du duc de Wurtemberg et du landgrave de Hesse. Aussi Jacques Bédrot pouvait-il écrire à Rod. Gualther, le 3 mars suivant : « Abiit pridie *Francofordiam* comes *Guilielmus* cum suis aliquot capitaneis, declaraturus se nostrarum partium esse » (Calv. Opp. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 321). Mais cela ne prouve pas que le comte Guillaume eût changé de maître. Rassembler une armée pour les Protestants d'Allemagne, c'était encore servir la politique de François I (Voyez N° 833, fin de la n. 9. — Neudecker, o. c. 1836, p. 323, 362. — Læmmer, o. c. p. 220).

La démission de Furstemberg est expliquée d'une tout autre manière dans la XVII[e] Nouvelle de la reine de Navarre. On y voit parler et agir *Louise de Savoie*, morte en 1531, et le secrétaire des finances *Florimond Robertet*, décédé en 1529. Mais il s'y trouve un mot qui pourrait bien être authentique. *François I* aurait dit aux officiers de sa cour : « Vous avez envie de chasser le comte Guillaume, et vous voyez qu'il se chasse de lui-même. »

[16] Cette réplique de *Vogelsberg* à la *Déclaration* du 15 septembre 1539 (n. 14) diffamait non-seulement *le comte Guillaume*, mais encore l'un de ses anciens serviteurs : *Gauchier Farel* (renv. de n. 19).

[17] Après *se enim*, il y a une petite lacune dans l'original, entre *in* et *re*. Les nouveaux éditeurs de Calvin la suppléent par le mot *hac*. Il en résulterait cette phrase incorrecte : *se enim in hac re.... esse agendum*. Calvin l'aurait certainement corrigée en remplaçant *se* par *sibi*.

Au sujet de ce passage : *à quo prodiissent illa omnia*, — où Montmorenci est ouvertement accusé d'être l'instigateur de toutes ces intrigues, — nous devons dire que le comte Guillaume, dans sa *Déclaration* du 15 septembre, dénonce uniquement la perfidie de Vogelsberg. Lorsque le Connétable y est mentionné, c'est toujours de la façon la plus naturelle, comme s'il était en dehors du débat.

acerbitatem in eum effundit. Ac ne videretur clàm agere, misit circiter quinque exemplaria, quæ *Delphino, Regi Navarræ*, aliisque offerrentur[18].

Inter alia quæ audire coactus est, exprobratus illi fuit *frater tuus*[19], quem aiebant in calicem cacasse. Respondit esse falsum, ac seipsum vindicaturum, si ita esset. Neque illi aut *Basileæ* aut *hîc* aut *Genevæ* impunè fore tale facinus. Verùm *hostes Evangelii solere comminisci multa quibus nos gravent* : quo loco illud haberet. *Fratrem tuum utrumque*[20] *diligit.* Cum nuper apud eum cœnarem, adessetque unus ex Comitibus summi templi, quem sperant fore episcopum[21], amicam de utroque mentionem fecit. *Biduum cum eo ferè transegi, quia literas illi suas scribebam*[22].

Conventus indictus est ad 19. hujus mensis[23], quemadmodum tibi scripsi. Summum deliberationis caput erit, qua ratione consulere sibi debeant, quando a *Cæsare* elusi sunt[24]. Magnæ sunt et plurimæ belli suspitiones. *Marchio Brandeburgensis Elector*[25] *Philippum* accersivit; ad *Landgravium* scripsit, sibi in animo esse Evangelium reccipere (*sic*), exterminare papismum[26]. Ita non parva

[18] Ce mémoire contre *Montmorenci* est à rechercher. Il a dû être rédigé par Calvin d'après les notes que Furstemberg lui fournissait.

[19-20] En 1535 et 1536 *Gauchier Farel* était secrétaire ou homme d'affaires du comte Guillaume (III, 388-90, IV, 99, 100). Celui-ci avait peut-être fait connaissance avec *Claude Farel* en août ou septembre 1536 (IV, 85, 453).

[21] Il s'agit probablement ici d'*Érasme de Limbourg*, qui succéda, le 8 décembre 1541, à l'évêque de Strasbourg Guillaume de Hohenstein, mort à Zabern le 29 juin précédent (Voyez Rœhrich, o. c. II, 28).

[22] En toute occasion, *G. de Furstemberg* avait plaidé la cause des Évangéliques persécutés. *Calvin* paya, pour sa part, la dette de la reconnaissance en rédigeant, soit en français, soit en latin, les lettres politiques et militaires de ce généreux ami des huguenots (Voyez les N[os] 658, 845).

[23] Voyez le N° 832, note 27.

[24] Les promesses faites au nom de *Charles-Quint* à la diète de Francfort (avril 1539) n'avaient pas été tenues. Il ne s'était pas même encore prononcé au sujet des décisions de la diète précitée, quoiqu'il eût pris l'engagement de les confirmer ou de les rejeter au bout de six mois (Voyez N° 821, n. 14-15, et t. V, p. 254, 255, 267, 293-94. — La lettre de Philippe de Hesse à l'archevêque de Lunden datée de Cassel le 16 oct. 1539. Neudecker. Merkw. Aktenstücke, 1838, p. 171-73, 218. — Les plaintes des députés protestants à l'Empereur, 24 févr. et 11 avril 1540. — Sleidan, o. c. II, 141, 142, 155-57, 163. Mel. Epp. III, 1023-26. Les lettres de Calvin du 29 mars et du milieu de mai 1540. — Seckendorf, o. c. III, 231-33, 256, 257).

[25-26] *Joachim II*, électeur de Brandebourg, dès 1534. Voyez t. V,

accessio nobis facta est inter istas inducias[27]. De *Geldrio*[28] dubium quid futurum sit. *Sororem suam Anglo despondit* et propediem mittet[29]. *Anglus* comiter legatos principum nostrorum accepit[30]. Quid plura? Nunquam paratior ad recipiendum Evangelium fuit[31]. *Cæsar* cum audisset de illa affinitate, solicitavit eum per *Federicum ducem, Palatini electoris fratrem*[32], ut *Mediolanensem ducissam*

p. 253, 254. — Seckendorf, III, 234-36. — Leopold Ranke. Deutsche Gesch. im Zeitalter der Ref. Berlin, 1843, IV, 148-61, 154-67. Phil. Mélanchthon écrivait à Vitus Theodorus, le 26 oct. 1539 : « Fui his diebus in *Marchia*, accersitus a *Ioachimo* Electore... Deliberatur de tollendis abusibus ecclesiarum.... Cal. Novemb. inchoabitur res. Abolentur privatæ liturgiæ, conceditur sacerdotibus conjugium... Jubetur pura doctrina tradi... » (Mel. Epp. III, 803. — Aug. Neander. Commentatio de Georgio Vicelio, ejusque in Ecclesiam evangelicam animo. Berolini, 1839).

[27] C'est-à-dire, pendant la *trêve* conclue à la diète de Francfort. Avant la clôture de cette assemblée, le duché de Saxe était échu, par la mort du duc *Georges* (17 avril 1539), à son frère *Henri*, qui appela *Luther* pour y prêcher la Réforme (Voy. t. V, p. 259, 260. — Sleidan, II, 146, 147. — Seckendorf, III, 212-20).

[28] *Guillaume de Clèves*, maître de la Gueldre depuis une année (V, 255, 256).

[29] Voyez, sur *Anne de Clèves*, le N° 824, note 4.

[30] Il ne s'agit pas ici des ambassadeurs qui avaient été envoyés par les Protestants d'Allemagne à *Henri VIII*, en avril 1539 (Voy. Merle d'Aubigné, o. c. VIII, 196-99), mais de ceux qui s'étaient rendus à Londres, au mois de septembre suivant, pour traiter du mariage de la duchesse de Clèves avec le Roi. Le contrat fut signé le 4 octobre. « Maximus honor habitus fuit *Legatis* (dit Seckendorf, 227 b), nec humaniores possunt esse literæ, quàm quas *Rex* die 7. Octob. dimissis Legatis dedit. Laudat Legatos... Pollicetur in summa omnia quæ, ut scribit, affinis affini et amicus amico præstare possit. Aderat in aula Regis *Fridericus Palatinus*, pro *Christierno*, captivo Daniæ rege, socero suo, auxilia dicis gratiâ petens, revera, ut matrimonium cum uxoris suæ sorore, *Mediolanensis ducis vidua*, offerret ; sed frustra erat, et ab *Henrico* jubebatur cum fratre *Electore Palatino* Pontificium jugum excutere, et fœderi Smalcaldico accedere. »

[31] Apparence trompeuse. Voyez la lettre de Calvin du 21 juin 1540, et Seckendorf, l. c. et p. 228, 230.

[32] Le comte palatin *Frédéric II*, frère de l'électeur palatin *Louis V* (Voyez les Papiers d'État de Granvelle, II, 241, III, 93). C'est par erreur que, dans notre t. V, p. 53, n. 2, nous avons appelé celui-ci *Louis III*, en suivant la Biographie Universelle et Moréri, article Bavière. Plus loin, p. 254, notre note 40 renferme une autre inexactitude : le *comes Palatinus* du texte ne désignant pas *Frédéric II*, qui était alors en Espagne, mais son frère *Louis V*, comte palatin et électeur de l'Empire.

acciperet[33], quò conjunctis viribus recuperarent *Daniæ regnum*[34]. Respondit breviter *Anglus*, se non modò nihil tentaturum adversùs *regem Daniæ*, quamdiu religionem illam teneret[35], sed illi sociisque ejus ex officio adfuturum. Hortatus est deinde *Federicum* ut se nobis adjungeret, fratremque adduceret[36]. Ac quò meliùs animaret, promisit se effecturum, ut ratio aliqua ejus a *Rege Daniæ* haberetur[37]. Nostri procul dubio nunc seriò instabunt.

Bucerus accersitus est a *Landgravio;* dubium an ea causa ut cum legatis eò concedat[38]. *Sturmius noster*[39] habet mandatum a *Senatu* de curando fratrum negocio[40]. Ego, ut eram ab eo jussus,

[33] *Christine*, fille de Christiern II et nièce de Charles-Quint, était veuve de *François Sforza*, duc de Milan, mort en octobre 1535 (Voy. Sleidan, I, 518, 534. — Merle d'Aubigné, VIII, 220-22)

[34-35] A *Christiern II*, déposé par les Danois en 1523, avaient succédé, d'abord son oncle *Frédéric I*, duc de Holstein, puis *Christiern III* (1534), qui acheva d'établir la Réforme dans le Danemark (1536-1537). Le roi déchu avait épousé *Isabelle*, sœur de Charles-Quint. Celui-ci aurait bien voulu recouvrer le Danemark « pour et au profit du duc *Frédéric Palatin* et de la duchesse, sa compagne, conformément à leur traité de mariage. » C'est pour cela qu'il réclamait contre *Christiern III* l'alliance d'Henri VIII (Voy. les n. 30, 36. — Sleidan, I, 204, 319, 485, II, 217. — Papiers de Granvelle, II, 403, III, 93-95. — Seckendorf, III, 242, 243).

[36] L'électeur palatin *Louis V* était mieux disposé pour la Réforme que son frère *Frédéric II* (t. V, p. 53, n. 2), et depuis plus longtemps. Le 28 octobre 1525, Capiton écrivait à Zwingli : « *Palatinus Elector* cum tota ditionis suæ nobilitate pro Verbo decreverunt, libertatemque dederunt et loquendi et agendi juxta Scripturam... In *Palatinatu* sunt qui subscribunt sententiæ tuæ, qui purissimè sentiunt de Cœna Domini » (Zuinglii Opp. VII, 427, 492). Voyez aussi les lettres écrites par Calvin vers le milieu de mai et le 28 juillet 1540.

Frédéric II avait épousé, en septembre 1535, *Dorothée*, fille aînée de Christiern II.

[37] C'est-à-dire que, grâce aux sollicitations d'Henri VIII, *Christiern III* accorderait un dédommagement à *Frédéric II*, frustré de tout espoir d'héritage en Danemark (n. 34-36).

[38] *Le landgrave de Hesse* avait appelé *Bucer*, non pour l'adjoindre aux députés qui se rendaient à la diète d'Arnstadt, mais pour lui révéler, sous le sceau de la confession, son projet de contracter un second mariage, du vivant de son épouse, Christine de Saxe (Voyez, dans les Melanchthonis Epp., III, 849-865, trois pièces datées du 30 novembre, 10, 11 décembre 1539, et qui ont pour titre général : *De bigamia Philippi Landgravii.* — H.-E. Bindseil. Phil. Mel. Epistolæ, Judicia... quæ in Corpore Reformatorum desiderantur, 1874, p. 135. — Seckendorf, III, 277 et suiv.).

[39-40] Voyez le N° 833, notes 1.

breviter indicavi quis videretur mihi optimus agendi modus. Ejus brevis exemplar tibi mitto [41]. Quanquam *Buceri* animum nonnihil refrigeravit quod intellexit postea, vanum esse quod ex literis tuis acceptum temerè vulgaveramus. Scripseras enim *exustum fuisse Luteciæ unum* [42]. Venerunt huc duo, qui constanter id negarunt. Vide igitur ne quid postac scribas nisi certò compertum. Eò autem id magis displicuit *Bucero*, quòd *Landgravio* jam scripserat [43].

De diplomate regio quid sentirem, jam indicavi [44]. Si illud supposititium esset, quod magnopere vereor, quantopere labefactaret fidem nostram! Certè pœnituit me postea, quòd ita facilè protulissem. *Simus* ergo *postac cautiores, quò plus valeamus authoritate ad fratres in tempore juvandos. Non cesso, crede mihi, ubicunque occasio est. Quod ideo moneo, quia multi dormire me putant quamdiu nihil jacto* [45].

Crato [46], unus ex calcographis nostris *Witemberga* nuper rediit, qui literas attulit a *Luthero* ad *Bucerum*, in quibus ita scriptum erat : « *Saluta mihi Sturmium et Calvinum reverenter, quorum libellos singulari cum voluptate legi* [47]. *Jam reputa quid illic de eucharistia dicam* [48]*! Cogita Lutheri ingenuitatem. Facile erit sta-*

[41] C'est la copie du projet d'instructions adressé à *Jean Sturm* (N° 835).

[42] Allusion à une lettre de Farel qui est perdue.

[43] Ici se termine le morceau que *Bèze* voulait supprimer (n. 4).

[44] Calvin parle de cet *édit* dans sa lettre à Viret du 8 octobre, qui fut communiquée à Farel (N° 824, renv. de n. 8, 10).

[45] A comparer avec le N° 824, renvoi de note 7.

[46] L'imprimeur *Craton Mylius* (t. V, p. 247). — Tout ce qui suit, jusqu'à la fin de l'épître, a été reproduit en *fac-simile* par le Dr Paul Henry. Calvin's Leben, I, 267.

[47] Voyez la lettre de *Luther* à Bucer du 14 octobre (N° 827, renv. de n. 6).

Les nouveaux éditeurs de *Calvin*, t. X, P. II, p. 402, 432, semblent dire qu'il s'agit uniquement ici de sa *Réponse à Sadolet*. Nous sommes d'un autre avis. Voyez la note 48.

[48] De ce passage et de celui qu'on trouve plus bas (renv. de n. 51), nous concluons que *Luther*, en disant : [*Calvini*] *libellos singulari cum voluptate legi*, ne pensait pas seulement à la *Réponse de Calvin à Sadolet*, mais aussi à l'*Institution chrétienne*. Le premier de ces écrits ne renferme, en effet, aucune allusion à la doctrine luthérienne de l'*Eucharistie*, tandis que le chapitre de l'Institution intitulé *de Cœna Domini* critique assez vivement le dogme de la présence réelle. C'est donc à bon droit que *Luther*, après avoir lu ce chapitre, put se dire « atteint » (Voyez n. 54, et N° 829, r. de n. 8.—Ép. de Sadolet.... avec la Resp. 1860, p. 100-103).

terre quid causæ habeant qui tam pertinaciter ab eo dissident[49]. *Philippus* autem ita scribebat : « *Lutherus et Pomeranus Calvinum et Sturmium jusserunt salutari. Calvinus magnam gratiam iniit*[50]. » Hoc verò per nuncium jussit *Philippus* narrari, quosdam, ut *Martinum* exasperarent, illi indicasse quàm odiosè à me unà cum suis notaretur. Locum ergo inspexisse, et sensisse sine dubio *illic* se attingi[51]. Tandem ita fuisse locutum : « *Spero quidem ipsum olim de nobis meliùs sensurum. Sed æquum est à bono*[52] *ingenio nos aliquid ferre.* »

Tanta moderatione si non frangimur, sumus planè saxei[53]. *Ego verò fractus sum. Itaque satisfactionem scripsi, quæ præfationi in epistolam ad Romanos inseretur*[54]. Si nondum legisti *Philippum de authoritate Ecclesiæ*[55], cupio ut legas. Videbis multò cordatiorem

[49] Ce reproche est à l'adresse du parti qui n'avait accepté qu'à regret la formule de *Concorde* du 29 mai 1536 (Voyez la note 63, le t. V, p. 141, n. 6, et, à la p. 315, la lettre de Calvin à Zébédée du 19 mai 1539). — *Théodore de Bèze* voulait supprimer cette phrase et les deux précédentes. Elles sont biffées depuis *Jam reputa* jusqu'à *dissident*.

[50] La lettre de *Mélanchthon* citée par Calvin est perdue.

[51] Voyez la note 48.

[52] *Calvin* avait d'abord écrit *sano*. Il a biffé ce mot et l'a fait suivre de *bono*. — Quelques semaines plus tard, il recevait avec joie un nouveau témoignage de la bienveillance de *Luther* (N° 845, renv. de n. 32).

[53] Rendre public cet *éloge de la modération de Luther* eût été compromettant pour les Calvinistes, au milieu des disputes qui éclatèrent à la fin du siècle. Aussi *Bèze* a-t-il biffé tout ce paragraphe jusqu'aux mots *in aliis scriptis*.

[54] La copie de cette pièce porte le titre suivant, écrit de la main de Calvin : *Exemplar excusationis quæ præfationi inseretur*, et elle commence sur la page où finit le sommaire d'instructions, « brevis exemplar, » communiqué à Farel (renv. de n. 41). Elle était donc incluse dans la présente lettre. Nous l'y joignons pour lui laisser sa place naturelle.

Selon les nouveaux éditeurs de Calvin (t. X, P. II, p. 432, n. 20), la *Satisfactio* composée par le Réformateur se trouve « vers la fin » de la dédicace qu'il adressa à Simon Grynæus le 18 octobre 1539 (N° 828). Nous n'avons su l'y reconnaître. Une justification de ce genre ne pouvait pas figurer dans la dédicace du 18 octobre, qui était déjà entre les mains de Grynæus le 25 (N° 831), c'est-à-dire, avant que les compliments de Luther fussent parvenus à *Calvin*. Et d'ailleurs, si celui-ci, touché de la modération de *Luther* et désireux de lui donner un témoignage public de son respect, voulait s'excuser ou se justifier de quelque chose, c'était evidemment du chapitre de l'*Institution* de 1539 consacré à la sainte Cène. Or il n'y a rien de pareil dans la susdite dédicace.

[55] Voici le titre exact de cet ouvrage : « De Ecclesiæ autoritate et de veterum scriptis libellus. Autore Philip. Melanch. Vitebergæ. Anno

quàm apparebat in aliis scriptis. Salutant te amantissimè *Capito, Bucerus, Sturmius, Hedio, Bedrottus* et alii. Tu etiam velim salutes non vulgariter omnes fratres[56]. Vale, frater optatissime. Argent. 12 calend. Decembr. (1539)[57].

Calvinus tuus[58].

Exemplar excusationis quæ præfationi[59] insereretur.

Copie corrigée par Calvin. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opera. Brunsvigæ, IX, 841.

Certè si laborem hunc meum bonis esse non ingratum audiero[60],

M.D.XXXIX. » A la fin : « Impressum Vitebergæ per Iosephum Clug, » 71 feuillets petit in-8°.

[56] On lit ensuite : « Literas meas divulgari... » Calvin a biffé ces mots, jugeant, mais à tort, qu'une recommandation de ne pas divulguer ses lettres était superflue. Voyez, au 21 juin 1540, les reproches qu'il adresse à *Farel*.

[57] Le millésime est de la main de Farel.

[58] Le feuillet qui portait la suscription a disparu.

[59] On lit, au dos du manuscrit, la note suivante de Farel : « *Pro afflictis in Gallia et præfationi addenda Institutioni 1539.* » Le Réformateur, en écrivant ces derniers mots, oubliait ce que *Calvin* lui dit plus haut (renv. de n. 54) : « Satisfactionem scripsi quæ *præfationi commentarii in Epistolam ad Romanos* inseretur, » et il ne faisait pas cette réflexion, que la susdite *apologie* arriverait trop tard, si elle devait attendre le moment encore éloigné où paraîtrait une troisième édition de l'*Institution chrétienne*. Enfin, le début de la présente *Excusatio* aurait dû l'avertir qu'elle accompagnait un ouvrage qui allait affronter, pour la première fois, le jugement du public, ce qui ne pouvait se dire de l'*Institution chrétienne* (Voy. le commencement du N° 809).

Trompés par cette note de Farel, les nouveaux éditeurs des *Calvini Opera* attribuent à Calvin deux Apologies différentes : une *Satisfactio* insérée dans la dédicace du 18 octobre (Voyez note 54) et la présente *Excusatio*, composée, disent-ils, en 1544 ou plutôt en novembre 1539, et dont ils indiquent ainsi la destination : « *Fragmentum præfationis novæ alicui Institutionis editioni destinatæ* » (Calv. Opp. t. IX, Proleg. p. LXVII ; t. X, Pars II, p. 429, 432).

Pour nous, ces deux apologies se réduisent à une seule, qui devait paraître au mois de mars 1540, dans le volume contenant le Commentaire sur l'épître aux Romains. Mais bientôt, sur l'avis de *Mélanchthon, Calvin* modifia son projet. « *Excusatione illa mea* (écrivait-il, le 10 janvier 1540) *Philippus* supersedendum censuit. » Il publia d'abord son *Traité de la sainte Cène* (1540), et il se contenta plus tard d'insérer quelques fragments de la susdite *Excusatio* dans son *Institution* de 1543 (Voy. n. 64, 66, 69, 70).

[60] On voit bien qu'il s'agit ici d'un nouvel ouvrage de Calvin, c'est-à-

non modò me optimè operam putabo collocasse, sed summam quoque voti mei fuero consecutus. Quid enim tota vita contendere nos magis decet, quàm ut omnia nostra officia Christi membris, adeoque ipsi Christo in suis membris approbemus? Itaque *cum mihi nuper nunciatum esset, quosdam,* qui haberi eo loco merentur, *ex proxima Institutionis meæ editione nonnihil concepisse offensionis*[61], *quòd in eucharistiæ tractatione visus fuerim, et contentiones quæ de præsentia corporis et sanguinis Domini in Cœna hoc tempore extiterunt,* jam magna ex parte sopitas, *rursum excitare, et fideles Domini servos obliquè perstringere*[62], *ac si localem illic Christoque indignam præsentiam statuerent, — non leviter me ejusmodi nuncius affecit.* Atque eò quidem mihi magis doluit, quòd his nominibus offenderentur. Nam cum ipsum per se offensionis malum grave est, tum verò nihil est à quo magis alienus videri cupiam, quàm ab omni rixandi ac tumultuandi cupiditate. Nec sanè ullum est contentionis genus quod magis horream, quàm illud ipsum quod me renovasse putant, cum sciam tanto pietatis damno exagitatum nimis diu fuisse. Atqui habere me non dubito, quo illorum animos placare queam, si modò æquam satisfactionem (quod facturos spero) accipere sustineant.

Primùm id deprecabor, ne initam inter Germanicas ecclesias concordiam[63] *interpellare me voluisse credant, quam mihi decretum est non minùs constanter ad extremum tueri, quàm libenter amplexus sum :* quod satis luculento testimonio declarasse in illo opere mihi videor. Quæ enim ad *veram corporis et sanguinis Domini communicationem,* quam in Cœna percipiunt fideles, asserendam pertinebant, ea breviter quidem, sed tamen non obscurè illic sunt explicata. Fateor enim[64], quod et semper in Ecclesia receptum fuit et

dire, de celui qu'il dédiait à Grynæus le 18 octobre 1539 (N° 828). L'auteur se serait exprimé différemment, s'il avait voulu parler d'une troisième édition de son *Institution chrétienne* (Voyez, t. V, p. 366, l'Épître au lecteur qu'il a placée en tête de la deuxième édition).

[61-62] Allusions à *Luther* et à quelques-uns de ses collègues (Renvois de note 47-54. — Mel. Epp., III, 81, 89, 97).

[63] Sur la *formule de concorde* signée à Wittemberg, le 29 mai 1536, par les principaux pasteurs luthériens et par les théologiens de la haute Allemagne, on peut consulter les ouvrages suivants : Melanthonis Epistolæ, ed. Bretschneider, III, 75-81. — Hospinianus. Hist. sacramentaria, 1602, II, f. 144b-145a, 150a-154a. — Seckendorf, III, 129-132. — Ruchat, I., 85-87 ; V, 42-45. — L. Ranke, o. c. 1843, IV, 82-86.

[64] Ce qui suit, jusqu'à la fin du paragraphe, a été publié presque tex-

hodie docent quicunque rectè sentiunt, *duabus rebus constare sacrum Cœnæ mysterium : corporeis signis,* quæ, ob oculos proposita, res invisibiles, secundùm imbecillitatis nostræ captum, nobis repræsentant, *et spirituali veritate,* quæ per symbola ipsa figuratur simul ac exhibetur. Ea qualis sit, dum familiariter demonstrare volo, tria soleo proponere : significationem, materiam, quæ ex ea dependet, virtutem seu effectum, qui ex utraque consequitur. *Significatio* in promissionibus est sita. *Materiam* voco Christum cum sua morte et resurrectione. Per *effectum* autem redemptionem, justitiam, sanctificationem, vitamque æternam et quæcunque alia nobis beneficia affert Christus, intelligo. Porrò tametsi fidem hæc omnia respiciunt, nullum tamen locum relinquo eorum cavillis, qui dum fide percipi Christum dicunt, intelligentia duntaxat ac imaginatione volunt concipi. Offerunt enim illum promissiones, non ut in aspectu modò nudaque notitia hæreamus, sed ut vera ejus communicatione fruamur. Et sanè non video, quomodo in cruce Christi redemptionem ac justitiam, in ejus morte vitam habere se quis confidat, nisi vera Christi ipsius communione imprimis fretus. Non enim ad nos bona illa pervenirent, nisi se priùs nostrum Christus faceret. Dico igitur, in Cœnæ mysterio, per symbola panis et vini, Christum verè nobis exhiberi adeoque corpus et sanguinem ejus, in quibus omnem obedientiam pro comparanda nobis justitia adimplevit, quò scilicet primùm in unum corpus cum ipso coalescamus, deinde, participes substantiæ ejus facti, in bonorum omnium communicatione virtutem quoque sentiamus.

Si hoc præcipuum est *Concordiæ* caput, ut certè est, non figurari modò in cœna Christi corpus et sanguinem, sed per Ecclesiæ ministerium verè exhiberi, et veluti coràm repræsentari, — non tantùm volui *Concordiam* salvam esse, sed, quantùm in me erat, confirmare etiam studui. Neque verò quempiam malè habere debet ea locutio qua sum illic usus, cum dixi « cœnam Domini esse panem in ejus corpore, vinumque in ejus sanguine sanctificatum [65]. » Quæ cum esset ex Chrysostomo sumpta, quem constat nulli veterum cedere in dignitate Cœnæ prædicanda, non sum veritus, ne ita loquendo extenuare aut obscurare ullo modo viderer quam sub pane et vino percipiunt fideles corporis et sanguinis

tuellement par *Calvin* en 1543, dans la troisième édition de l'*Institution*, p. 436 (Calv. Opp. Brunsv., I, 1093).

[65] On trouve ces paroles à la p. 327 de l'*Institution* de 1539.

communionem. Et sanè qui in veterum lectione sunt exercitati, non ignorant quantùm habeat momenti illa, quæ toties apud eos occurrit, mystica εὐλογία. Quòd si de Cœna nihil locutus essem, præter unicum illud verbulum, jure, fateor, boni omnes mecum expostularent. Verùm tot splendida elogia, quibus fructum excellentiamque hujus sacramenti continuò sum prosecutus, omni me suspitione satis superque liberant.

Jam verò *quòd suggillari à me putant nonnullos ex iis quibuscum in gratiam rediimus, hic velim cogitent, quo primùm tempore illa scripsi, me stylum in eos strinxisse qui nihil ferè in sacramento quærunt, quàm crassam Christi præsentiam, quæ sensu corporis percipi et propemodum manibus attrectari queat.* Qua stupida superstitione[66] videmus in papisticis ecclesiis non tantùm hominum vulgus, sed primores etiam ipsos detineri. Nam de vera fide parùm soliciti, qua sola et in Christi pervenimus societatem, et cum ipso cohæremus, modò carnalem ejus præsentiam habeant, quam ultra Verbum somniarunt, satis illum præsentem habere se putant. *In illos, inquam, tota disputatio dirigitur, qui corpore Christum, non animo, et oculis potiùs quàm fide, in symbolis requirunt. Videre enim est, ut toto orationis contextu nihil aliud contendam, quàm ut talem corporis Christi in Cœna præsentiam cogitemus, quæ nec panis elemento ipsum affigat, nec in panem includat, nec ullo seculi hujus modo circumscribat : quæ omnia derogare cœlesti ejus gloriæ palàm est; deinde quæ nec mensuram illi suam auferat, vel pluribus simul locis distrahat, vel immensam illi magnitudinem affingat, quæ per cœlum et terram diffundatur : quæ naturæ veritati non obscurè repugnant.*

Ejusmodi erroribus si negari non potest, passim imbutas fuisse hominum mentes sub tyrannide Romani illius antichristi, cur, amabo, quæ in hostes propriè competunt, in fratres amicosque nostros, ac si destinatò in eos dicta forent, conferantur? Atque hæc quidem, cum ante annos aliquot edita essent[67], in recognitione operis[68] expungere visum non est, ne consentire iis quodammodo viderer, in quibus repudiandis constanter etiamnum persevero. *Neque* enim, *sublatis talibus absurdis, imminuta est virtus*

[66] Ce passage, jusqu'à *præsentem habere se putant*, est reproduit avec quelques modifications, à la p. 437 de l'*Institution* de 1543 (Calv. Opp. I, 1004). Plus bas, dès *ut talem corporis* à *repugnant*, il y a presque identité.

[67] C'est-à-dire, au mois de mars 1536.

[68] Révision publiée au mois d'août 1539.

Christi, quominus se nobis præsentissimum exhibeat, ac quod de eroganda in cibum sua carne promisit, reipsa adimpleat. De ratione[69] *si quis me roget, fateri non pudebit, sublimius esse arcanum, quàm ut vel ingenio meo comprehendi, vel enarrari verbis queat. Atque, ut verum fatear, experior magis, quàm intelligam.* Itaque veritatem Dei, in qua acquiescere tutò possum, hîc sine controversia amplector. Pronunciat ille, carnem suam esse animæ meæ cibum, sanguinem esse potum. Talibus alimentis animam illam [l. illi] meam pascendam offero. In sacra sua cœna jubet me sub symbolis panis et vini corpus et sanguinem suum sumere ac manducare. Nihil dubito, quin et ipse verè porrigat et ego recipiam, ac vera substantialique manducatione fruar. Tantùm absurda rejicio, quæ autem [l. aut] cœlesti Christi majestate indigna, aut humanæ ejus naturæ veritate aliena esse apparet: quando et cum Dei verbo pugnare necesse est, quod et sic in gloriam regni cœlestis receptum fuisse Christum docet, ut supra omnem mundi conditionem evehat, nec minùs diligenter in humana ejus natura commendat quæ propria sunt veræ humanitatis.

Hæc, quæ à me antehac verè scripta fuerant, si nunc penitùs silentio transmisissem, non dubitabam fore, quin multi suspicarentur, ita veritatis patrocinium adversùs Papistas à me deseri ac prodi, eorumque deliramenta connivendo veluti comprobari. Accessit huc quòd videbam nonnullos alieniores fieri à *Concordia* quæ magno publico bono inter *ecclesias Germanicas* constituta est, quòd putent non posse constare substantialem corporis Christi manducationem in Cœna, qualem *Lutherus* statuit, nisi locali præsentia et veluti circumscriptione implicitam. Hæc suspitio quàm vana sit ac frivola, putavi expedire ut cognoscerent : simul *ut injuriam facere desinant insigni Christi apostolo, per cujus ministerium hoc tempore illis Evangelii lux affulsit :* simul ut falso periculi metu liberati, Concordiam nobiscum ex animo amplexentur.

Hunc mihi animum fuisse cum multis argumentis testari liceat, id primum rogatos esse velim pios omnes, ne mihi in animo esse putent, contentionem illam, quæ nimis diu ecclesias exercuit, renovare : quam ut inauspicatam prorsùs horreo, repressam aliquando fuisse et sedatam vehementer gaudeo, ut par est; quò penitùs tandem extinguatur, daturum me pro virili operam profiteor. Deinde *ne aliter me sentire suspicentur, quàm veram substantia-*

[69] Ce passage et les suivants, jusqu'à la fin du paragraphe, se retrouvent à la p. 440 de l'*Institution* de 1543 (Calv. Opp. I, 1010).

lemque corporis ac sanguinis Domini communicationem sub sacris Cœnæ symbolis exhiberi fidelibus : non ut imaginatione duntaxat aut mentis intelligentia percipiant, sed ut reipsa fruantur in alimentum æternæ vitæ. Postremò *ne me voluisse existiment, aut perstringere eos qui in Germanicis ecclesiis adversùs Romanum antichristum Christo Domino nobiscum militant, aut ex eorum doctrina aliquid convellere.* Neque enim mihi persuadeo, sic delirare eos quibus Dominus per evangelium suum illuxit, ut in ipsos [l. ipsas?] cadant, quas illic redarguo, superstitiones. *Quin potiùs hoc apud se statuant, nihil mihi aut in majori esse voto, aut majori curæ futurum, quàm ut cum ecclesiis omnibus Germanicis quæ Christo sanctoque ejus evangelio nomen dederunt, summam consensionem modis omnibus colam*[70]. Cum plus satis sit nobis certaminum cum Diabolo et impiis omnibus qui illi stipendiantur, non tantum ocii debemus nobis sumere, ut inter nos conflictando, Christum ipsum, cujus censeri volumus membra, quodammodo discerpamus.

836

PIERRE TOUSSAIN à l'Église de Metz.
(De Montbéliard) 28 novembre 1539.

MANQUE.

Sa lettre du 27 août 1540 à la même église commence par ces mots : » Mes chers frères, je vous avois escript l'an passé, du 28 de Novembre.... »

[70] A la fin de son *Traité de la sainte Cène* (1540), Calvin, après avoir montré « en quoi *Luther* a failli de son côté, et en quoi *Œcolampade* et *Zuingle* ont failli du leur, » s'exprime comme il suit : « L'une partie et l'autre a failli en n'ayant point la patience de s'entr'écouter, afin de suivre la vérité sans affection, là où elle seroit trouvée. Néanmoins, si ne devons-nous pas laisser de penser quel est notre devoir : c'est de n'oublier les grâces que notre Seigneur leur a faites, et les biens qu'il nous a distribués par leurs mains... Car si nous ne sommes pas ingrats..., nous leur pourrons bien pardonner cela et davantage, sans les blâmer ni diffamer. Bref... nous en devons toujours juger et parler avec modestie et révérence ; mêmement, puisqu'il a plu... à notre bon Dieu... de mettre fin à cette malheureuse disceptation, ou, pour le moins, de l'apaiser, en attendant qu'elle soit du tout décidée... Cependant il nous doit suffire qu'il y a fraternité et communion entre les Églises... »

837

THÉODORE DE BÈZE [1] à Maclou Pompon [2], à Orléans.
(De Paris, en novembre 1539 [3].)

Autographe. Bibl. de Genève. J.-W. Baum. Theodor Beza. Leipzig, 1843, I. Theil, S. 82.

S. Scripsi ad te nuper [4], mi Pomponi, idque raptim. Scribo verò nunc denuò, idque non minùs occupatus. *Cras in Picardiam cogito,*

[1] *Théodore de Bèze*, né le 24 juin 1519 à Vézelay en Bourgogne, appartenait à une famille noble et considérée. Il fut conduit en 1522 à *Paris* chez son oncle Nicolas de Bèze, homme d'Église et conseiller au parlement, qui voulait se charger de son éducation. Mais pendant les six années suivantes l'enfant, toujours malade et tourmenté par les médecins, ne fit, pour ainsi dire, que languir. Aussi appelait-il plus tard « alterum diem natalem » le jour de son entrée dans le pensionnat de *Melchior Wolmar* à *Orléans* (5 décembre 1528), et il écrivait à ce vénéré précepteur : « Quem laborem non ultro in me formando subiisti! Quas molestias in me docendo non pertulisti, *Aureliæ* primùm, deinde *Biturigibus*...! Denique quid non tentasti, ne mihi ulla in parte viderere defuisse! Hoc enim verè possum affirmare, nullum esse nobilem vel Græcum vel Latinum scriptorem quem ego, intra septennium quo apud te vixi, non degustarim : nullam ex liberalioribus illis disciplinis, ne Jurisprudentia quidem excepta, cujus saltem elementa te præceptore non didicerim... Sed hoc est omnium beneficiorum quæ à te accepi longè maximum, quòd *veræ pietatis cognitione*, ex Dei verbo tanquam limpidissimo fonte petita, tu me ita imbuisti, ut nisi te, non dico pro præceptore, sed pro parente colam..., omnium hominum sim maximè ingratus... »

Il ne parait pas que l'écolier de Vézelay, pendant son séjour à *Bourges*, ait remarqué les visites que *Jean Calvin* faisait à *Wolmar* (t. II, p. 333). Mais il n'oublia point les deux Suisses, *Pierre Choli* de Zug et *Conrad Gesner* de Zurich, sous-maîtres dans la maison de son précepteur (Voy. Icones virorum doctrina et pietate illustrium, 1580, ff. Q iij, R j).

Bèze approchait de sa seizième année et il cultivait déjà avec succès la poésie latine, lorsqu'il dut se séparer de Wolmar, qui était appelé à Tubingue. Il lui fit ses adieux le 1er mai 1535, et, trois jours après, il arrivait à *Orléans*, où son père l'envoyait étudier le droit civil. Dégoûté bientôt de l'enseignement « barbare et sans méthode » qu'on subissait

cum Patruo acturus de certo vitæ genere instituendo[5]. Quidquid constitutum fuerit in ea re, id faciam ut intelligas; nam cui haec

dans cette université, il s'adonna d'autant plus à l'étude des lettres et se lia avec quelques savants, qui encouragèrent ses premiers essais poétiques. Cette heureuse diversion ne l'empêcha point d'obtenir le grade de licencié en droit (22 juillet 1539). Peu après il alla se fixer à *Paris* (Voyez t. II, p. 280, 281. — La dédicace de l'ouvrage intitulé : Confessio christianæ fidei... per Th. Bezam Vezelium, 1560, 1570, et celle des *Poëmata*, éd. de 1569 et de 1576. — La *France protestante*).

[2] *Maclou Popon* ou *Pompon*, issu d'une famille très obscure, naquit en 1514 dans un village de la Bourgogne. Après avoir reçu sa première éducation à Dijon, il fit ses études de jurisprudence à Orléans et les perfectionna en Italie (1540-41 ?). Puis il devint avocat du Roi (1542) et conseiller au parlement de Bourgogne (1554). Il joignait aux qualités du cœur la maturité de l'esprit et des goûts distingués, ce qui lui gagna l'amitié du jeune étudiant de Vézelay. Aussi *Bèze* mentionne-t-il *Macutus Pomponius* parmi ces « eruditos homines..., sed judicio jam confirmatos et eruditione præstantes » qu'il avait fréquentés à Orléans : C'étaient le poète latin *Jean Dampierre*, ancien conseiller du Roi et religieux franciscain, *Antoine de St. Flour*, plus tard premier président à Rouen, le professeur *Jean Truchon* et *Louis Vaillant* (Voyez la dédicace des *Poëmata* de 1569. — Palliot. Le parlement de Bourgongne. Dijon, 1649, p. 207. — Papillon. Biblioth. des auteurs de Bourgogne, 1745, P. II, p. 164).

[3] La date est déterminée par les rapports de la présente pièce avec les deux suivantes.

[4] Cette lettre, dont nous ignorons le lieu de dépôt actuel, se trouvait probablement parmi ces « quatorze lettres de Bèze à Maclou Pompon » que l'abbé Papillon, o. c., dit avoir « lues en manuscrit chez M. le conseiller de la Mare. » On n'en connaît que huit, qui sont celles que Baum a publiées.

[5] *Nicolas de Bèze*, jadis prieur de Longjumeau (n. 1, 8), était mort à Paris le 29 novembre 1532. Son épitaphe le qualifie comme il suit : « seigneur de Celle et Chalonne en Donzyois [près Nevers], archidiacre d'Étampes en l'église de Sens, conseiller du Roy... en sa cour de Parlement *) » (Voyez la Gallia christiana, VII, 863). *L'oncle* que Th. de Bèze allait visiter en Picardie était *Claude de Bèze*, qui possédait depuis 1531

* Il fut enseveli dans l'église de St.-Côme, à Paris. *Théodore de Bèze* fit placer, en 1543, près du tombeau de son oncle *Nicolas* trois autres épitaphes : en latin, en grec et en vers français. Ménage, qui les a publiées, donne les détails suivants : « Elles sont dans un petit quadre de bois fort simple... attaché au mur, à main gauche du Crucifix en entrant. La feuille de parchemin enfumée qui les contient, est fendue... de vieillesse par le milieu... La peinture où se voient les cierges allumez, et *Bèze* à genoux, priant sur la représentation de son Oncle, est toute effacée. Les caractères, autrefois enluminez, ne se lisent aujourd'hui qu'avec peine » (Voy. le Menagiana. Paris, 1729, IV, 227-233).

committere debeam habeo præter te neminem. Miror quid remoretur *librorum meorum recturam*[6]. Quæso ut a *Francisco Aurelio*[7] recipias apocham, nam ei literis *fratris* satisfeci[8], simulque convenias cum fideli aliquo auriga de vecturæ pretio; quidquid conveneris cum eo id ratum à me habebitur. Sed rogo ut hoc mea caussa primo quoque tempore effectum reddas; quòd si quid esse putes, in quo opera mea uti posses. habes tibi amicissimum *Bezæum*.

Hìc sunt Druydæ[9]. Δε ιις quæ κομμισι τιβι καβε νε ουλλαμ μεντιονεμ φαξιας ιν τουις αδ με λιττερις. ναμ κουμ τεμπους εριτ τουνκ αδ τε ρεσκριβαμ ουτ μιττας[10]. Si quid *Biturigas* scripseris, rogo ut salutationem meam inseras. Rursus si quid litterarum ad *Alexin*[11] de-

l'abbaye de *Froidmont* (Ordre de Citeaux), située à 2 ½ lieues S. E. de la ville de Beauvais.

[6] Bèze avait déjà une jolie collection de classiques. Voyez, dans ses *Poëmata,* les deux morceaux intitulés : « Ad Bibliothecam, » et « Ad Musas. »

[7] Pendant une partie de son séjour à *Orléans*, Bèze avait logé chez son frère aîné *Audebert*, et plus tard, sans doute, chez *Franciscus Aurelius* (*François Daniel?*).

[8] *Aubert* ou *Audebert de Bèze*, chanoine [de Ste Croix] à Orléans, avait, à une date que nous ignorons, succédé à son oncle *Nicolas* dans le prieuré de *St. Éloi* ou de *Longjumeau*, près de Paris (Prioratus Sti Eligii in valle media inter Longum-gemellum et Challiacum (Chilly). Gallia christiana, VII, 863).

[9] Ce pourrait être une nouvelle, car il existait en France une famille portant le nom de *Druide* (Voy. Maittaire, o. c. III, 364, et la première satire de Marc-Antoine Muret). Mais la phrase suivante donne à penser qu'il y a plutôt ici un sérieux avertissement : N'oubliez pas que nous avons *les Druides à Paris*, c'est-à-dire, les docteurs de la Sorbonne, dont la censure peut conduire au bûcher.

[10] « De iis quæ commisi tibi, cave ne ullam mentionem facias in tuis ad me litteris; nam cum tempus erit, tunc ad te rescribam *ut mittas.* » On ne peut s'expliquer cette recommandation qu'en supposant qu'il s'agissait de *livres luthériens*, laissés en dépôt chez Maclou Pompon. *Bèze* en avait lu à *Bourges.* C'est lui-même qui nous l'apprend dans sa lettre à Bullinger du 18 août 1568 : « Quòd... hodie Christum agnosco... id ego, non minima ex parte, debere me *tuo illi libro* [*de Origine erroris*] liberè profiteor. Quem cum olim, id est anno Domini 1535, *Biturigibus* apud... D. *Melchiorem Volmarium*... legerem, aperuit tum mihi Dominus oculos, ea præsertim parte qua Hieronymi commenta confutas, ut in lucem veritatis intuerer. »

[11] *Alexis Gaudinæus* (Godineau?), l'un des correspondants de Maclou Pompon. On le retrouve à Paris en 1542.

deris, dices illi, meo nomine, plurimam salutem. *Aquilio, Alberto, Magdunæo, Brassicano, Dionysio*[12] nostris cupio esse commendatissimus.

Tuus BEZÆUS.

D. *Melchior* nuper huc iter fecit, nomine *Ducis Virtembergensis* legatus ad *Regem Galliæ*[13]. Hoc volui ne nescires.

(Inscriptio:) Macuto Pomponio, viro mihi amicissimo. Aureliæ.

838

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon, à Orléans.
De Paris (1ers jours de décembre 1539[1]).

Copie moderne. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, op. cit. I. Theil, S. 83.

DEODATUS BEZÆUS[2] Pomponio suo.

Nuper ex *Picardia* reversus[3] literas tuas accepi, ex quibus perspexi facilè quanta tui in me amoris esset magnitudo, ut qui tanta diligentia negotium meum perfeceris. Erat verò mihi per-

[12] Deux de ces noms de famille nous paraissent tirés d'un nom de ville. *Aquilius* peut signifier *de l'Aigle* (Aquila, *l'Aigle* ou *Lesgue*, petite ville de Normandie); *Magdunæus, de Mehun*. Mehun-sur-Loire, patrie de *Jean de Meung*, Mehun-sur-Nièvre et un village du Berry s'appelaient en latin *Magdunum*. Il est probable que *Brassicanus* désigne *Guillaume du Choul*, plus tard archéologue. Il latinisait aussi son nom en *Caulius* (du Chou). *Dionysius* pourrait être *Denis Sauvage* l'historiographe, ami de Bèze et de Jacques Pelletier du Mans (Voy. Baum, o. c. I, 57). *Albertus* nous est inconnu. L'absence du nom de *Germain Audebert*, d'Orléans, grand ami de Bèze, ne doit pas étonner : il étudiait en Italie (Nicéron, XXIV, 84).

[13] Sur l'ambassade de *Wolmar* à *Paris*, on peut consulter Sattler. Gesch. des Herzogthums Würtemberg, P. III, p. 127.

[1] Il est facile de s'assurer que cette lettre a dû précéder de peu de jours celle du 7 décembre.

[2] *Deodatus* ou *Adeodatus* était probablement le prénom primitif de *Bèze*. *Theodorus* en est la forme grecque latinisée. Son nom de famille doit provenir de la petite ville de *Baise* ou *Bèze*, située à 5 1/2 lieues de Dijon.

[3] Voyez le N° 837, note 5.

specta pridem benevolentia tua: verùm fuit tamen perjucundum id ipsum intelligere, eundem te animum erga me absentem gerere quem in præsentem habuisti. Fuerim ingratissimus nisi vicissim huic tuo in me amori respondere coner; quare hoc tibi persuadeas velim, te amiciorem quàm ego sim habere neminem. Sed tempus est ut ad ea veniam quæ tibi minùs nota esse puto.

Rerum itaque *meurum is est status: Lutetiis decretum est ut manerem iis in ædibus unde frater*[4] *migrarit. Decretum illud quoque, ut circa fori ecclesiastici praxin annum unum versarer*[5]. *Is quum exactus erit, biennium impendam perspiciendis Palatinis technis: deinde in aulam cum quodam e purpuratis illis cardinalibus concedam*[6]. Amate mi Pomponi. *nonne totus perii? Ferendum est tamen quidquid illud est, sed fortassis ad tempus. Nam futurum spero ut me tandem Dominus benigniùs respiciat, cujus clementiam projicere ut est dementis, sic confidenti animo expectare christiani.* Interim omnia non admodum iniquè perferam, nam longè priùs et hanc tempestatem prævidi et adversùs eam animum ipse meum præparavi. Sic habes consilii mei rationem, quam si probari tibi intellexero, eò confirmatiore animo in ea sum permansurus.

Quod ad res attinet quas fidei tuæ commisi, velim, mi Pomponi, ut ad me perferendas cures, si quæ sunt quæ tutò cuivis committi possint. De reliquis quidquid statueris, id à me ratum habebitur. Doctori *Meslando*[7] discedens *epigrammata græca* commodato dedi, quæ rogo ut repetas, simulque quidquid habes ex *Dampetri* versibus peto mittas[8]. Ut autem intelligas, *ne in summis quidem molestiis musas nostras obmutuisse*, ecce tibi aliquot Phaleucos quibus D. *Melchioris adventum* celebravi[9]. Porrò *quendam ad te poëtam*

[4] *Audebert* (N° 837, n. 7, 8). *Nicolas*, second frère de Théodore, habitait Vézelay.

[5] Ce détail annonce clairement que la famille de Th. de Bèze le destinait à l'état ecclésiastique, et qu'il devait succéder un jour à son frère, prieur de Longjumeau, et à son oncle, abbé de Froidmont.

[6] Ce projet reçut un commencement d'exécution en 1542, lorsque Th. de Bèze fut présenté à l'évêque de Coutances, *Philippe de Cossé-Brissac*.

[7] *Mesland*, professeur de droit (Voyez Jules Doinel. Listes des étudians de l'université d'Orléans en 1529. Orléans, 1876, p. 7).

[8] Le poëte latin *Jean Dampierre* (N° 837, n. 2. — Sammarthani Elogia).

[9] Cette pièce de vers, intitulée : « Ad Sodales, de *Melchioris Volmarii*, præceptoris charissimi, adventu in Galliam, » est dans toutes les éditions des *Poëmata*. J. W. Baum l'a reproduite, o. c. I, 97.

mitto, novum illum quidem, sed nulla re alia quàm ridicula stupiditate insignem[10]. Si quid hîc interim prodeat novi, faciam ut scias.

Vigilatio quò minùs scribere potui, fecit commune malum. *Aquilios, Albertum, Dionysium, Guillelmum*[11] nostros velim ut meo nomine plurimùm salutes. Nam *Alexin* opinor nobis ereptum esse. *Caroli imperatoris adventus quotidie hic expectatur*[12]; itaque matura profectionem. Vale, mi Pomponi. Ex ædibus D. *Boucherii*, positis in vico Divi Joannis Bellovaci[13].

(Inscriptio:) Maclovio Pomponio, amicorum amicissimo. Aureliæ.

839

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon, à Orléans.

De Paris, 7 décembre (1539).

Copie. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, o. c. I, 86.

Pomponio meo S.

Binas à te literas accepi, mi Pomponi, utrasque gratissimas: nam quid à te proficisci possit quod incredibilem mihi voluptatem non sit allaturum? Gratæ, per inquam gratæ fuerunt literæ tuæ, in quibus scilicet, ut lux in speculo, tuam in me benevolentiam aspexi, maximam quidem illam, sed ejusmodi tamen quæ superari possit. Nam ita te amo, mi Pomponi, ut existimem te, qui longè

[10] Nous supposons qu'il s'agit ici de l'ouvrage suivant de *Martinus Theodoricus*, de Beauvais : « Epigrammata ad R. Odonem Collignium, Cardinalem Castilioneum. Item Sylvæ quatuor : *Leander*, *Busiris*, *Policrates*, *Lays*. Parisiis, apud Hieron. Gormontium, 1539, » in-8° (La Croix du Maine et du Verdier, éd. cit. VI, 169).

[11] Voyez le N° 837, note 12.

[12] Ce détail fixe l'année (Voyez le N° 835, note 13). En Allemagne et en Suisse on parlait aussi de l'arrivée de *Charles-Quint* en France (N° 840, à la fin. — Lettre de Mélanchthon du 12 nov. 1539. Mel. Epp. III, 824).

[13] *La rue de St. Jean de Beauvais*, où Henri Estienne naquit en 1528, est située dans le quartier de l'Université.

me in cæteris rebus præcedis, in amando aliquid mihi concessurum. Bellum profectò certamen, et quod verè bellum dici debet. Amemus igitur et pacificum hoc bellum geramus, in quo nulli gladiorum strepitus, nulli armorum tumultus audiantur, sed hinc inde, amoris testes, literæ legantur. Ita fiet ut invitis dialecticis et hostes simus et amici. Quòd si testimonium hujus meæ benevolentiæ petis, en tibi :

Defessus medio in thoro jacebam,
Et somno grave jam caput cadebat,
Quum sese meus obtulit Macutus,
Meæ delitiæ Macutus : atque
Hac visus mihi voce gratulari :
Ni te plus oculis amo, Besæe,
Dissolvi cupio emorique totus.
Contra sic ego somnians loquebar :
Ni te plus oculis amo, Macute,
Ni me sis mihi charior, Macute,
Fatum nil moror ut libet molestum.
Vix hæc edideram, repentè nostrum
Quum lux invida somnium diremit
Et meum mihi sustulit Macutum,
Meas delitias, meos amores.
At tu, quisquis es, o tenebricosæ
Præses optime cogitationis,
Seu te Morphea, seu vocare Somnum
Fas est, fac vigil ut queam videre
Quod somno potui videre captus,
Aut si non aliter potes mederi
Huic desiderio meo, perennem
Inducas mihi somniationem.

Rides ? atqui verum narro somnium, ne nescias; itaque si ridere vis, poëtam ride, non somnium. *Si quid agam quæris, nihil prorsùs, nisi quòd aliquoties nugor cum Musis meis, deinde animi gratia in Palatium ventito. Ibi omnium hominum mores velut in amplissimo theatro intueor. Nonnunquam hebraicis literis aliquot horas incumbo*[1]. *Denique nihil minùs ago quàm quod suspicantur meæ furiæ.* Tu

[1] *Agathio Guidacerio* et *François Vatable* enseignaient l'hébreu au Collège royal En attendant l'érection d'un monument, les lecteurs royaux donnaient leurs leçons dans les salles des collèges de l'Université (Voy. Goujet. Mémoire hist. et litt. sur le Collège Royal de France. Paris, 1758. — Lebeuf. Hist. de Paris, édit. H. Cocheris, 1865, II, 714. — Maittaire, II, 762, 813; III, 321).

verà, ut scribis, conflictaris cum *Accursio*, egregio scilicet antagonista, sed postquam ita ut te geras necesse est, quæso ut ineptum illum ita ut dignus est accipias[2]. Mihi quidem certè nunquam libebit βαρτολοβαλδίζειν[3], licet assiduis conviciis urgear. De *Bigotii Epigrammatis* nihil est quòd te torqueas, nam ne de nomine quidem hîc sunt nota[4]. Habes autem eorum loco *ineptissimum illum poëtam de quo ad te prioribus literis meis* scripseram. *Truchii* literas non accepi[5]. *Claudius* autem *noster*[6] præ nimiis, ut aiebat,

[2-3] *Accursius*, jurisconsulte de Florence, et son fils *François*, professeur de droit à Bologne, au XIII[me] siècle, ont laissé des gloses sur le droit romain et des traités de jurisprudence. — Le mot *bartolobaldizer*, inventé par Bèze, fait allusion à deux jurisconsultes du XIII[me] et du XIV[me] siècle : *Bartholus*, natif de Sassoferrato, et son disciple *Petrus Baldus de Ubaldis*, natif de Pérouse (Voy. Moréri. — H. Martin, o. c. VIII, 141). Ils ont composé sur presque toutes les parties du droit romain des commentaires qui, avant les travaux de Jacques Cujas, jouissaient d'une grande réputation. Preuve en soit la lettre que *Pierre Loriot* ou *Loriol*, professeur de droit à Bourges, écrivait à Maclou Pompon, à Orléans, le 6 août (1537 ?), et dans laquelle il lui recommande expressément d'étudier *Barthole*, les *Glossemata* et les *Similia d'Accursius*, les ouvrages de *Jason de Mayno*, de *Philippus Decius* et d'*André Alciat* (Bibl. Nationale. Mscr., anc. fonds latin, n° 8585, f. 64).

[4] Au lieu d'*Epigrammatis*, Bèze aurait dû écrire *Carminibus*. Les poésies de *Guillaume Bigot* (IV, 267), publiées à Bâle, au mois de mars 1536, avaient été réimprimées à Paris par Pierre Roffet, en 1537, in-12 d'une centaine de pages (Voyez M.-J. Gaufrès. Claude Baduel et la Réforme des études au XVI[me] siècle. Paris, 1880, p. 304). Elles se composent du *Somnium*, du *Catoptron*, d'un *Epithalamium*, de quatre ou cinq épîtres en prose et de quelques menues pièces, adressées à Jean Oporin, Ambroise Blaarer, Melchior Wolmar, etc. L'ouvrage ne manque pas d'originalité, mais le style en est souvent obscur, sans grâce et sans naturel. L'auteur lui-même fut si peu apprécié, à son retour en France (1537), qu'il dut songer à revenir en Suisse. *Grynæus* écrivait, en effet, à Capiton, vers ce temps-là : « Rogat me per literas *Bigotius*, ut alicubi in Germania conditionem ei *rursum* inveniamus. Ages de ea re cum *Calvino*, si vel *Genevæ* vel *Lausannæ* possit philosophicæ professioni præfici. » Le professeur errant fut mal accueilli à Berne, et l'Académie de Lausanne perdit ainsi l'occasion de s'adjoindre un Aristotélicien des plus distingués. Voici le paragraphe du Manuel bernois qui nous a révélé ce fait, jusqu'ici inconnu : « 9 maii 1537. *Bigotium phm* [l. *philosophum*] abgewysen gan *Losen* gstellt, » c'est-à-dire : [On a] éconduit *Bigot* le philosophe [qui demandait à être] placé à *Lausanne*.

[5] Selon Baum, ce serait le fils de *Jean Truchon* (N[os] 814, n. 9; 837, n. 2).

[6] Personnage inconnu, que Bèze, dans ses vers *ad Sodales* (N° 838, n. 9), invite à assister au banquet qu'il veut donner à *Wolmar*.

occupationibus, vix tandem domum nostram à limine salutavit; itaque præstare id re ipsa non potui quod, etsi non petiisses, tum tuo, tum ipsius nomine, libenter facturus eram. Vale et me cura. Lutetiæ, postridie Nicolai [7].

Tuus ille quem tibi amicissimum esse nosti.

Galba noster [8] propediem istuc profecturum se sperat, cui tutò omnia commiseris. *Lex Salica* intra paucos menses *mittetur ex officina Neobarii* [9] *typographi eruditissimi, idque meis auspiciis* [10]. Ride græculum vestratem.

(Inscriptio :) Pomponio meo, Aureliæ.

840

RODOLPHE GUALTHER [1] à Henri Bullinger, à Zurich.

De Lausanne, 12 décembre 1539.

Inédite. Autographe. Arch. de Zurich. Copie moderne dans la Collection Simler à Zurich.

Gratiam et pacem a Domino! Literas tuas secundo Novembris scriptas, Pater colendissime, decimo Decembris *Lausannensium*

[7] La fête de St. Nicolas tombe sur le 6 décembre.

[8] Surnom donné, par réminiscence classique, à un camarade dont l'embonpoint était très prononcé (Voyez Suétone. Galba, ch. III). Ce pourrait être aussi la traduction libre de *Gros*, nom d'une famille de la Bourgogne (Palliot, o. c. p. 21, 353, 354).

[9] Et non *Neobanii*, faute qui se trouve deux fois dans Baum, o. c. *Conrad Néobar*, qui avait le titre de « Regius in Græcis Typographus, » a imprimé plusieurs ouvrages en 1540. Il mourut la même année. Les livres qui sortirent ensuite de ses presses portent cette indication : « Sumptibus Emondæ Tusanæ, viduæ Conradi Neobarii » (Maitt. III, 311, 313, 314, 318, 324, 329. — F.-A. Dupont. Précis hist. sur l'Imprimerie Nationale. Paris, 1848, p. 6, 75).

[10] Il ne paraît pas que *la Loi salique* ait été imprimée par *C. Néobar* ou par l'un de ses collègues, avec un commentaire de *Bèze* (Voy. Brunet, éd. cit. t. III, p. 1191; V, p. 330; VI, 1311, 1312. — Le Long. Bibl.

Præfectus a *Berna* ad me attulit [2]. Moram tantam intercessisse miror, nec dubito quin vehementer meum admireris silentium.....

Rerum mearum conditio semper sibi similis existit, nec infeliciter, quantùm ego conjicere possum. Studia succedunt : ea enim mutuò *Conradus noster* [3] et ego communicamus. Quód tam fido animo meam apud Collegii præsides [4] caussam tutatus sis, dignas gratias agere non potero; curabo autem ne quid simile committatur. Verebar, hercle, hoc plurimùm; tuo tamen patrocinio confisus aliquid mihi, etiam *Othonis* [5] consilio, hac in re audendum duxi. Est *Genevæ Germanus quidam mercator* [6] mediocriter doctus, qui sæpius jam literis suis me *Genevam* allicere conatus est; Mathematicæ enim studiosus existens, opera mea uti expetit. Indicarunt me homini *concionator Morgiensis et Diaconus* [7]. Hic aut suas mihi ædes offert, aut *Genevensis typographi* [8]. Labores meos justa mer-

hist. de la France, 1719, p. 584, 585. — H. Martin, o. c. II, 18, 37, 104, 344). Mais le licencié ès lois se montra avantageusement dans cet ouvrage de sa vieillesse : « *Theodori Bezæ* Mosaicarum et Romanarum legum collatio ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, etc., responsis desumpta. Cui accessit lex Dei moralis, ceremonialis et politica, 1603, ap. Commelin, » in-folio (Draudii Biblioth. classica, p. 544).

[1] Voyez, sur *Rodolphe Gualther* de Zurich, le t. V, p. 333-335, 365.

[2] Le bailli de Lausanne, *Sébastien Nægueli*. Il avait reçu à Berne, des mains d'*Éberard de Rumlangen* (p. 79), la lettre adressée par Bullinger à Gualther, son fils adoptif.

[3] *Conrad Gesner*, professeur de grec à Lausanne, était de trois ans seulement plus âgé que son compatriote Gualther.

[4] Le Conseil de l'école du Fraumünster, à Zurich, réglait le chiffre des subsides accordés aux jeunes Zuricois qui étudiaient hors du canton.

[5] *Othon Werdmüller* (Note de Simler. Voyez V, 50).

[6] Plusieurs marchands, natifs de l'Allemagne ou de la Suisse allemande, étaient domiciliés à *Genève* et bourgeois de cette ville. Ainsi *Théobald Tocker* ou *Tucher*, de Nuremberg, l'un des compagnons de captivité de Bonivard à Chillon, *Boniface Hoffischer*, *Matthieu Mannlich*, *Georges des Clefz*, etc. (II, 424; III, 371; IV, 340; V, 15, n. 7.) Nous ne savons s'il s'agit ici de l'un d'eux, ou de *Jean Cléberguer*, riche marchand de Nuremberg, surnommé *le bon Allemand*. Ce personnage, instruit, considéré et (quoiqu'il fût catholique) grand ami de la ville de *Genève*, y faisait des séjours dans ses propriétés, et l'on a quelques raisons de supposer qu'il y passa une partie de l'année 1539 et les premiers mois de la suivante (Voy. Mém. de la Soc. d'Hist. de Genève, t. IX, p. 430, 445, 446).

[7] Le prédicateur de *Morges* était *Jacques le Coq*. Son *diacre* remplissait, au Collége de la ville, les fonctions de principal.

[8] *Wigand Köln* ou *Jehan Girard?* Voyez Théophile Dufour. Notice citée, p. 77, 85.

cede se compensaturum promittit. Ego quid agam incertus sum. Tuum, quid mihi agendum sit, consilium expecto....

Constans apud nos fama est, *Cæsarem Lutetiam adventurum*, quo loci nonnulli quoque *Papam* adfuturum[9] pollicentur. Quidnam hi consultaturi sint, nemo est qui non indicare possit. *Angliæ Regem* filiam suam *Clivensi Duci* elocasse multi affirmant[10]. Ex *Anglia* hisce nundinis nihil novi accepimus. Te rogo ut scribas, num literas a *Nicolao nostro*[11] acceperis numque valeat. Est *Orbæ* vir doctus, natione Geldrus[12], *Andreas Zebedeus* nomine, qui nunc Verbi ministrum agit. Qui cum hisce diebus in carmina quædam germana incidisset, quibus *Capnionis*[13], *Œcolampadii, Erasmi, Lutheri Zuingliique* laudes continebantur, eadem latinis hisce versibus expressit, quos cum mirè elegantes cernerem, etiam illo non invito ad te mittendos existimavi. Salutat te *poëta ipse* quàm officiosissimè, brevique, ut arbitror, ad te scripturus est, fortassis et æstate futura vos invisurus; est enim *Tigurinæ ecclesiæ* amantissimus[14]. Carmina ipsa hæc sunt :

Non caruit Naso, dum Naso poëta canebat :
  Conveniunt rebus nomina sæpe suis.
Sic natura trahit, sic nos devolvit in illa
  Quæ signant certis nomina nostra notis.
Plurima cujus eunt exempla per omnia fusa
  Sæcula, quæ longum est hoc memorare loco.
Si tamen in dubium quis adhuc vocet improbus istud,
  Ante oculos cursum temporis hujus habet.
Capnio sic κάπνον Suevas diffudit in oras,
  Et fumo ad flammam non malè stravit iter,
Dum linguas genus omne sacro de vertice profert
  Et puram ex ipsis fontibus haurit aquam.
Altera nulla parem viderunt sæcula, per quem
  Scripturæ cœpit planior esse via.

[9] Fausse nouvelle. Le pape *Paul III* ne devait pas assister à l'entrevue de François I et de Charles-Quint.

[10] Le fiancé était Henri VIII, et Anne de Clèves, la fiancée (p. 59, 73).

[11] *Nicolas Partridge*, jeune Anglais, qui avait séjourné à Zurich et à Genève (1536-1538). Voyez t. IV, p. 310, 311.

[12] *André Zébédée*, pasteur à *Orbe*, se disait natif du Brabant, et non de la Gueldre. — Ce passage et les quatre vers relatifs à *Zwingli* (renv. de n. 15) sont imprimés dans les *Calvini Opera*, XI, 24.

[13] Forme grecque du nom de *Jean Reuchlin*.

[14] *Zébédée* avait embrassé avec ardeur les idées de *Zwingli* sur la sainte Cène (V, 318).

Pòst Œcolampadius feliciter excitat ignem,
In Domo Domini ceu nova flamma micat,
Cujus ad effusos radios per opaca viarum
Multa retecta probè, quæ malè tecta priùs.
Tertius accedens pòst Rotterodamus Erasmus,
Mollit amabiliter quæ priùs aspra nimis.
Interea toto fit caussa celebrior orbe
Et patet ad magnum jam via plana decus.
Lutherusque potens in arenam prodit et alta
Voce tonat mundi qua stat uterque polus.
Ad tonitru hoc summa, media atque etiam infima, quæque
Et dextra et læva sunt sita parte tremunt.
Tum veri privata priùs via publica facta est,
Qua magnam ad Cœnam quilibet ire queat.
Cui neque tam serò poterit quis adesse vel isto
Tempore, quin aliquem possit habere locum.
Proinde nihil damni quod tantus sentiat hospes,
Quoque queat numerum mensa tenere suum,
Omne hominum genus huc arcessitur undique, non est
Personæ acceptor qui bona tanta parat.
Cuncti invitantur, vir, fœmina, sanus et æger,
Omnis et hîc ætas quo requiescat habet.
Duri homines, sylvestre genus, turba impia perstant
Et spernunt amplas hospitis hujus opes.
Cogendi veniant adhibendaque verbera verbis,
Ne miserè miseri tanta perire sinant.
Hoc ad opus pretii vir summi Zuinglius unus
E paucis certo mittitur ore Dei.
Qui nihil ostendens animo subit omnia prompto
Quæ Christi servos et pia corda decent.
Instat verbi armis et sancta voce Senatus,
Ænea contra acres induit arma lupos,
Pro Christi caussa quidvis tentare paratus
Et promptus Christi nomine cuncta pati.
Qui dum munus obit summa pietate fideque
Hîc obit imò abit hinc, et meliora tenet.

De Zuinglio Zebedeus.

Majorem sperare nefas, fortasse petendum
Ut dent vel unum sæcula nostra parem [15].
Os doctum, pectus sincerum, spiritus acer
Unius in laudes incubuere Dei.

Acclamatio.

O Evangelici vindex fortissime Verbi,
Pro Christo et patria fortiter ause mori!

[15] Exagération relevée par *Calvin*, dans sa lettre à Farel du 27 février 1540.

Lusi et ego nuper, dum succisivis horis Poësi operam do, Epitaphia quædam, quæ huc adscribo, non ut inter docta illa locum aliquem tenere digna sint, sed quia etiam nugacissima mea, quæ saltem literas sapiunt, ad te mittere non erubesco, qui mihi et Pater et Præceptor semper fueris [16].....

Dabimus fortassis brevi etiam alia [17], si hæc tibi non ingrata fuisse comperimus. Plurima salute te familiamque universam impertit *Conradus* et *ejus uxor*. Salutabis et tu nomine meo uxorem matremque tuam cum omni liberorum cœtu reliquaque familia. Lausannæ, XII Decembris 1539.

Tui observantissimus RODOLPHUS GUALTHERUS.

(Inscriptio :) Verè docto et pio viro D. Heinrycho Bullingero, Tigurinæ Ecclesiæ Episcopo vigilantissimo, Patri suo plurimùm colendo.

841

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon [à Orléans]. De Paris (vers le milieu de décembre 1539).

Copie moderne. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, op. cit., I, p. 85.

S. Quas ad te literas *Stephano librario* [1] commisi, mi Pomponi, eas vereor ne non acceperis, nam et temporis et otii tibi satis ad

[16] Suivent trois épitaphes, composées par Gualther, et que nous supprimons. Les deux premières sont consacrées à Zwingli, la troisième au pape Clément VII.

[17] *Gualther* a publié, sous le pseudonyme de *Philopater Eustorgus*, un opuscule intitulé : « Ad D. Heinr. Bullingerum gratulatio, » in-8°, sans date ni lieu d'impression. Ses autres ouvrages sont énumérés par Conrad Gesner, qui loue ainsi l'auteur : « Juvenis adhuc ætate, sed ingenio doctrinaque maturus, ... eloquentia nativa et linguarum cognitione non parum ornatus » (Bibl. univ. 1545).

[1] L'un des quatre personnages suivants : *Étienne Dolet*, imprimeur à Lyon, *Robert Estienne*, *Étienne Groulleau*, tous deux imprimeurs à Paris, et *Étienne Roffet*, dit *le Faulcheur*, relieur du Roi et libraire.

scribendum fuit. Nisi fortè *Cæsaris* adventus tabellarios istic omnes remoratur [2]. Sed ut ut sit, mi homo, cave quæso existimes, offensum ob id esse animum in te meum; tantùm moneo, ut si nullas à me literas accepisti, id potiùs *librarii* perfidiæ quàm negligentiæ meæ imputes. Porrò incredibilis est meus in te amor, adeò ut tui desiderium ferre ampliùs non possim. Meministine verò, quum istic essem, inter nos sæpiùs de amoris vehementia habitos sermones. Memini quidem certè nunquam tum mihi eloquentia persuaderi tua potuisse, ut intelligere illud quid esset possem quod amorem vocant. Verùm plus absens potuisti in ea re quàm præsens. Fateor nunc demum et agnosco amoris vires, experior amoris imperium, cui profectò, ni medearis, futurum est ut succumbam. Sanè violenta res est amor; itaque aut veni aut moriar.

Porrò nihil hîc novi, nisi quòd *summa est omnium contentio in apparando Cæsaris triumpho* [3]. Pleni sunt vici ingentibus theatrorum molibus; est ubi fictilias arces videas; arcis porrò regiæ quam *Louvræum* [4] vocant, dii boni, quantus apparatus! Inductum est aurum parietibus, invectæ columnæ marmoreæ et quid non? Vincitur ipsa rerum natura et in *Sequanæ* alveo cogitur terra vinum parere. Ædificata est ab ipsis fundamentis domus vitrea in qua *Cæsar* ante ingressum prausu[ru]s est. Ingredienti offeretur totus argenteus Hercules, octo pedes longus; offerentur variæ animalium species. Nam et hîc leones videas et ursos, tigres postea et lynces; sunt et struthiocameli et pantheræ; non desunt quoque lupi marini, quorum forma hæc est : capite et corpore conveniunt cum terrestribus, nisi quòd auribus carent, pedes breviores et reflexi, cauda verò in piscem desinit et pisce vescuntur et carne.

[2] Le Dauphin, le duc d'Orléans et le Connétable s'étaient rendus à la frontière, pour recevoir l'Empereur. François I s'avançait aussi à sa rencontre. Théodore de Bèze pouvait donc supposer que, dans de pareilles circonstances, tous les courriers de la poste s'occupaient uniquement du service du Roi et négligeaient les lettres des particuliers.

[3] *L'Empereur* avait passé la Bidassoa vers le 20 novembre. Il rencontra le Roi à Loches, au milieu de décembre, et entra à Paris le jeudi 1er janvier 1540. Voyez, sur son entrée et sur les fêtes qu'on lui donna les jours suivants, G. Guiffrey, Chronique citée, p. 291-318. — Bulæus. o.c. VI, 343.

[4] Le vieux *Louvre*, dont *François I* avait fait démolir la grande tour en 1528. « Et en ce temps fist fort réparer *le chasteau du Louvre*, pour soy y loger, et y fist faire de grandz bastimens... » (Journal d'un bourgeois de Paris, p. 329, 330. — H. Martin, o. c. VIII, 138; IX, 16). En 1539 le nouveau Louvre était à peine commencé.

Hæc sunt quæ apud *Lutetiam* aguntur; tu vicissim ad me de *Aurelia* tua. Porrò quod ad res meas privatas attinet ita habeto. *Nihil minus ago quàm quod volunt meæ furiæ*[5], à quibus tamen impetravi quadringentas libras in singulos annos; curabo verò ut simul atque pecuniam accepero, *Beraldo nostro*[6] rescribam. *Stephanus* mecum agit, sed capite minutus. Gaudeo te nobis redditum esse, mi Pomponi, atque ita gaudeo ut accedere nihil posse putem ad hanc voluptatem nostram. Plura quidem scribere volui, sed non potuit animus lætitia occupatus officio fungi suo. Hoc unum duntaxat velim existimes, me mihi tunc demum esse redditum, quum te salvum esse intellexi. Vale, mi Pomponi, cum tuis omnibus aut nostris potiùs, si modò sunt κοινα τα των φιλων παντα.

Tuus, si suus THEODORUS BEZA.

(Inscriptio :) Pomponio meo.

842

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Genève.
De Berne, 18 décembre 1539.

Inédite. Manuscrit orig. Arch. de Genève.

Nobles, magnificques Seigneurs, singuliers amys, très chiers et féaulx combourgeoys!

Nous avons, sus vostre requeste[1], escript à nostre chastellain de *Nyon*, de disre az Maistre *Agnet*[2], que nous avons consenty de

[5] Il veut parler de son père et de son oncle.

[6] Le professeur *Nicolas Bérauld* ou son fils *François* (Voy. l'Index du t. III)?

[1] Voyez la note 3.

[2] Maître *Agnet* ou *Annet Bussier* (et non *Aguet*, comme il est appelé par deux historiens genevois) était depuis un an et demi pasteur à *Prangins*, près de Nyon. Ses antécédents nous sont inconnus. A peine pourrait-on sûrement l'identifier avec cet *Agnet*, ami de Calvin, qui enseignait à *Bourges* en 1532 (II, 419). Il paraît pour la première fois, sous son vrai nom de famille, dans ce paragraphe du Manuel de Berne : « 19 Julii 1538.

vous servir en maistre d'escoles[3]. Pour autant le pouvés desmander, vous priant l'entretenir comme s'appertient. Datum XVIII Decembris, anno, etc., XXXIX.

L'ADVOYER ET CONSEILL DE BERNE.

(Suscription :) Aux nobles, magnificques seigneurs Sindicques et Conseill de Genève, nous singuliers amys, très chiers et féaulx combourgeoys[4].

La lettre de Calvin à Farel datée du *19 Décembre 1539* qui a été publiée par Théodore de Bèze, dans ses *Calvini Epistolæ et Responsa,* 1576, p. 411 (Calv. Opp. Brunsv., t. X, P. II, p. 435), doit porter la date du *29 Décembre 1539,* c'est-à-dire qu'elle appartient en réalité à l'année *1538.* Elle est imprimée dans notre t. V, p. 446-454.

Présenter le Welche au seigneur de *Praingin* et [lui écrire] de le pourvoir de sa prébeude. » On lit au-dessous : « *Agnet Busier.* » Nous croyons que la décision suivante du 29 juin 1538 se rapporte au même personnage : « [Écrire] au receveur du péage de Nyon, de placer N. à *Prainjin* ou ailleurs et de lui faire donner sa prébende, dès qu'il aura été examiné. S'en remettre pour cela (pour l'examen) à *Jacobus Gallus*, doyen à *Morges ;* [le charger aussi] de le pourvoir [d'une cure]. »

[3] Nous avons vu, t. V, p. 285, 286, qu'à la fin d'avril 1539 le *Collège de Genève* était dirigé par le vieux prêtre *Jean Christin.* Trois mois plus tard, le Conseil résolut de le remplacer et fit écrire à Lyon, mais en vain. Les pasteurs de Genève, chargés le 8 septembre de « envoyé querre ung maystre d'eschole, » informèrent enfin leurs supérieurs, le 5 décembre, des démarches qu'ils avaient faites auprès des ministres de Berne et de la Classe de Morges, pour obtenir « le prédicant de *Prengin.* » (Voy. le Registre du Conseil au 30 mai, au 21 juillet et au 5 décembre.) A la suite de ce rapport, les Genevois demandèrent à MM. de Berne de leur céder le susdit pasteur.

[4] On lit, sous l'adresse, cette note du secrétaire genevois : « Berne. Pour avoyer maystre *Agnet* pour régenter en nous eschôles. Recyeuz le 22 décembre 1539. »

845

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel. De Strasbourg, 31 décembre (1539).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 106. Calvini Opp. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 439.

Hodie à concione *Fatinus*[1] se abiturum denunciavit, cum ego ad cœnam vocatus essem ab amico, unde redii multò post octavam bene refectus. Habebis ergo literas ut ab homine ad scribendum non satis soluto et vacuo. *Sanctum illum fratrem esse extinctum*[2] *mihi perinde dolet ut par est.* Quoniam tamen ita contigit, gaudeo nuncium de ejus morte tuis literis mihi esse confirmatum, quò possim certiùs asserere. De *Michelio*[3] nondum fuerat sumtum supplicium circiter finem Novembris, quo tempore per literas mihi commendata est ejus salus.

Sturmius noster à conventu rediit[4]. Quid actum sit nescitur. Conjicimus tamen aliquid magni portendere hoc silentium. *De fratribus fuisse propositum retulit, sed nullis fuisse visum hoc tempore tam alieno legationem mittere, quæ nihil quàm Regis animum exacerbaret*[5]. Videntur *isti duo Principes*[6] seriò conspirasse ad res magnas moliendas. *Cæsar* exercitum non procul hinc scribit. Præ-

[1] *Claude Fatin*, messager neuchâtelois.

[2] Le *martyr* dont parle Calvin était vraisemblablement cet *Antoine Barbat* ou *Barbut* qui avait été pris à *Lyon*, au mois d'août 1539, et, bientôt après, condamné et emmené à *Paris* (p. 26, 33). Le bruit de sa mort s'était déjà répandu en Suisse vers la fin de septembre; mais alors Calvin n'y croyait pas (Nº 835, renv. de n. 42).

[3] Voyez, sur *Michaëlius* ou *Michelius*, le t. V, p. 235, 236, 274.

[4] *Jean Sturm*, député à la diète d'Arnstadt (Nº 833, n. 1).

[5] MM. de Berne avaient été du même avis en juillet 1539 (V, 371, n. 4).

[6] *François I* et *Charles-Quint* s'étaient réconciliés à Aigues-Mortes, en juillet 1538 (V, 45, 54). Le voyage de l'Empereur à travers la France semblait prouver que ces deux princes étaient en parfaite harmonie.

texuntur urbes quæ desciverunt[7], sed apparet totam belli molem in *Gueldrium*[8] destinari. Ille verò neque ab *Anglo* deseretur, neque a *Saxone*. Quid societatis habeat cum *nostris*[9] et an omnino habeat, incertum est. Apud *Venetos* duo fuerunt legati missi, *Marchio Guastensis* et *Marescallus Annebaut* ad repetenda oppida quæ ex *ducatu Mediolanensi* direpta illi occupant[10]. Videntur feciales magis missi esse quàm legati. Aut omnes conjecturæ fallent aut videbimus brevi totam *Europam* bello conflagrare; nam et *septem Pagi*[11] fremere jam dicuntur; *nòstris* nulla est spes pacis, nisi quæ bello parta fuerit.

De disciplina bene facis quod urges, sed cum omnia diligenter expendo, nescio an constitui queat nisi consentientibus ecclesiis. Optandum ergo imprimis est ut aliquando ea de re in deliberationem conveniant ecclesiæ. Atqui videmus quàm bene id procedat. Erat tenuis disciplinæ forma *Basileæ*[12]. Ea jam dimidia ex parte pessumdata est inter istas contentiones. Sic profecerunt *Myconius* et *Grynæus* illa sua quam imaginantur Christianæ libertatis propugnatione[13]. Si tamen erit ocium et opportunitas, hoc vere ego

[7] Les villes de *Gand*, *Courtray* et *Oudenarde*. L'Empereur se rendait en Flandre pour réprimer leur révolte (Voy. H. Martin, o. c. VIII, 254, 257, 262).

[8] *Guillaume*, duc de Clèves et nouveau souverain de *la Gueldre*. Il pouvait compter sur l'appui de ses deux beaux-frères : Henri VIII et l'électeur de Saxe (V, 146, 255, 256, 268).

[9] C'est-à-dire, avec les membres de la Ligue de Smalkalden.

[10] En novembre 1539, François I avait ordonné au maréchal *d'Annebaut* d'accompagner à *Venise* le marquis *du Guast*, non pour réclamer certaines villes aux Vénitiens (comme on le disait à Strasbourg), mais afin de les assurer de « la grande fraternité qui estoit entre leurs deux maistres. » Du Guast devait faire parade de cette intime union dans le but de détourner Venise de traiter avec les Turcs. Elle n'en conclut pas moins la paix avec eux au mois de mai 1540 (Voy. les Mém. de du Bellai. Collect. cit. XIX, 296. — Sleidan, II, 154. — Gaillard. Hist. de François I, 1819, III, 82-84).

[11] Les VII Cantons catholiques de la Suisse.

[12] Les efforts d'*Œcolampade* pour établir à Bâle la discipline ecclésiastique ne furent pas appuyés par *Zwingli*. Celui-ci « voulait bien pour l'Église une certaine indépendance vis-à-vis de l'État; mais il pensait que les lois de police pouvaient tenir lieu de la discipline qui s'exerçait dans la primitive Église par l'organe des apôtres » (Voyez J.-J. Herzog. Das Leben Joh. Œkolampads, II, 192-214, et la trad. franç. de cet ouvrage par A. de Mestral, p. 301-316).

[13] *Oswald Myconius* était un disciple de Zwingli; *Simon Grynæus*, un esprit très modéré.

istuc me conferam, ut simul deliberemus, an aliquid tentando possimus assequi [14]. *Capito* ad *Bernates*, ût jussisti, scribet. Ego ad *fratres nostros*.

De *Carolo* videor satis prolixè nuper scripsisse vobis [15]. Tametsi nihil de homine boni spero, impedior tamen consensu Ecclesiæ, quominus habeam pro desperato. Expectabimus quomodo se geret ubi nunc est. *Rognacus* mihi per literas est pollicitus huc se propediem venturum. Tunc omnia resciscam [16]. Si poterimus illum arguere malæ fidei, non est quòd speret sibi posthac inter nos locum. *Gaspar* [17] supra modum est anxius animi, quia cum fecerit æris alieni aliquantum, quo studii tempus prorogaret, nunc nummum nullum habet, quo se ad duos tantùm menses sustinere queat; nam id tempus sibi statuerat. Si posset alicunde tantum pecuniæ illi conflari, consultum bene illi esset.

Michaël, Genevensis bibliopola, mihi indicavit se quod reliquum erat ex meis libris istuc misisse cum vestibus *fratris mei* [18]. Si ad te pervenerint, aperies dolium, et si qui libri vendi poterunt, vendes; reliquos curabis quàm primùm *Basileam* perferendos. Deinde quoniam conqueritur *librum meum non esse vendibilem* [19] et se pluribus exemplaribus onerari quàm sibi expediat, rescripsi ut centum ad te transmitteret exemplaria, quæ ego in fidem meam recipio. Si fecerit, protinus mihi indicabis. Hac difficultate me implicare malui quàm ut fides mea periclitetur. Posthac verò alium quærat oportet qui sua causa tantum suscipiat negocii [20].

[14] Ce voyage de Calvin à Neuchâtel n'eut pas lieu.

[15] Voyez ses lettres du 27 octobre et du 20 novembre.

[16] Plus facilement que Jean Calvin, M. *de Rognac*, seigneur de Linchant, pouvait savoir ce qui se passait chez son coreligionnaire M. *de Jametz*, dont *Caroli* était l'aumônier (V, 233, 248, 463).

[17] *Gaspard Carmel* (p. 25, 26, 30). Voyez aussi la lettre du 10 janvier 1540, au commencement.

[18] Le libraire *Michel du Bois* avait eu en dépôt ceux des livres d'Olivétan qui étaient échus à *Jean Calvin* (p. 14, 16), et il les avait expédiés à Neuchâtel avec les vêtements laissés à Genève par *Antoine Calvin*.

[19] C'était sans doute sur les instances de Calvin, que Wendelin Rihel, éditeur de la deuxième édition de *l'Institution chrétienne*, avait consenti à placer en commission chez *Michel du Bois* plus d'une centaine d'exemplaires de cet ouvrage. Et, pour récompense de sa peine, l'auteur recevait ce cruel compliment du libraire genevois : « Vos volumes sont un embarras pour moi : J'en ai plus qu'il ne m'en faut, et ils ne se vendent pas. »

[20] La mauvaise humeur que le procédé de M. du Bois causait à Calvin

Ego eandem hîc petulantiam experior quam apud vos in plærisque esse quereris. *Latæ sunt nuper leges quædam scholasticæ*[21], *quibus disciplina coërcentur qui studendi causa hìc sunt. Ex nostris Gallis adeoque ex iis qui mecum habitant, nonnulli prorsùs insaniunt.* Cras denunciabitur ut abeant nisi parere velint; neque dubito facturos, unde intelligis quàm bene affecti huc venerint : hoc est scilicet licentiam omnes captant. Quò magis advigilandum est nobis, ne desit Ecclesiæ reverentia et authoritas ad improbas cupiditates subigendas. *Quanquam certè video aliquid indulgendum esse hominum stultitiæ, neque sic intendendum rigorem ut non aliqua in re ineptire illis liceat.* Saluta mihi plurimùm fratres omnes. *Corderio* etiam me excusa, quòd in præsentia nihil ei respondeam[22]. Argentorati, pridie Calendas Januar. (1540)[23].

Calvinus tuus.

Quod primo loco faciendum erat, tametsi præterii, ut *te nobis restitutum* gratularer[24], non ideo factum est quòd minùs gaudeam. Nam *dum cogito quantum in uno homuncione positum sit momenti, non possum de vita tua non esse mirum in modum solicitus.* Itaque ex quo *morbi tui rumor* huc perlatus erat, nullum mihi momentum jucundum fuit, donec te revaluisse intellexi. Itaque tale gaudium ex tuæ sanitatis nuncio percepi, quale is potest qui ex diuturna ægritudine liberatur.

(Inscriptio :) Fratri meo charissimo Guillelmo Farello, Neocomensis Ecclesiæ fido pastori.

n'empêcha pas celui-ci de lui confier, en 1541, l'impression de son Institution chrétienne, traduite en français pour la première fois.

[21] Les règlements faits en 1538 et 1539 pour *l'École de Strasbourg* astreignaient les élèves « à parler toujours la langue latine entre eux, à se vêtir décemment, à éviter les rixes et les lieux publics » (C. Schmidt. Vie de Jean Sturm, p. 39). Voyez le nº 857, renvoi de note 10.

[22] Les lettres écrites par *Mathurin Cordier* à Calvin en 1538 et 1539 n'existent plus. On verra par un seul détail consigné plus loin (Nº 845, renv. de n. 25-27), combien leur perte est regrettable.

[23] Le millésime de *1540* a été ajouté par Farel. L'année commençait alors au 25 décembre. D'après notre style, la présente lettre appartient donc à l'an 1539.

[24] Pendant sa maladie, *Farel* avait été soigné avec sollicitude par *Nicolas Parent*. C'est ce qu'il annonçait à Calvin, le 6 février suivant.

844

LE CONSEIL DE BERNE à ses députés à Genève.
De Berne, 3 janvier 1540.

Minute orig. Arch. de Berne. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI. 1.
(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Instructions pour Jean-Rodolphe de Diesbach et Jean-Rodolphe Nægueli.

. . . .

Mes gracieux Seigneurs ayant appris que *les affaires de la Religion à Genève* ne sont pas dans le meilleur état, et, en particulier, *qu'on y a imprimé et qu'on y vend publiquement un petit livre dont on se sert pour l'instruction de la jeunesse, et dans lequel le papisme se trouve tout entier* [1], — ils vous ordonnent de vous informer

[1] Entre 1532 et 1534, l'ancien recteur *Christin* faisait apprendre aux écoliers de *Genève* les *Rudimenta Ioannis Despauterii* (Voy. le Mémorial du notaire Messiez. Mém. de la Soc. d'Hist. de Genève, XIX, 23). A la fin de la susdite grammaire, on trouve, sous le titre de *Questiuncule de penitentia puerulis non inutiles*, un petit catéchisme purement catholique. Mais on ne connaît aucun exemplaire de cet ouvrage qui soit sorti d'une imprimerie genevoise.

Voici un autre petit livre, que M. Théophile Dufour a eu l'obligeance de nous signaler, et qui pourrait bien être celui dont parlent les Bernois (fin de la n. 6). C'est un volume de 24 et 8 feuillets in-12, imprimé en caractères gothiques et intitulé : « La doctrine et instruction des Chrestiens et chrestiennes. Sept pseaulmes et Sylabes. (Au-dessous, la marque de l'imprimeur.) Wygand Köln. » La plupart des pièces de ce recueil sont très catholiques. Il suffit d'indiquer la *Salutatio angelica*, qui se termine par ces mots : « Sancta Maria, mater dei, ora pro nobis peccatoribus, » — l'*Introitus ad Altare,* et les *Litanies*. A la fin on trouve *Precepta morum puerilium*. — Les *Syllabes* annoncées sur le titre forment un tout à part, intitulé : « Petit traictie, Pour paruenir a la vraye congnoissance des Lettres et Syllabes, fort bon et prouffitable aux enfans. Imprime a Geneue, par Wygand Köln. Lau 1532. » (Cet opuscule rarissime nous a été généreusement communiqué par M. Henri Bordier.)

très particulièrement de ce qui en est, et, si cela est nécessaire, d'appeler devant vous quelques écoliers et de les questionner au sujet de ce petit livre, ou de faire cette enquête à l'école même[2]. Dans le cas où la chose serait ainsi, vous devez en informer le Conseil [de Genève][3] et leur déclarer expressément que mes Seigneurs en éprouvent le plus grand déplaisir et en particulier de ce qu'ils ont aboli *le Collège*[4].

Vous direz aussi que mes Seigneurs ont été informés par le bruit public que *l'hôpital* est en décadence. Et là-dessus vous leur ferez des remontrances pressantes, en leur rappelant que mes Seigneurs leur ont laissé les biens d'église pour l'entretien des pauvres et du Collège : et vous leur direz qu'ils aient à relever ces deux établissements et à les remettre dans l'état où ils étaient précédemment. Et, en outre, comme ils ont maintefois promis et qu'ils se sont vantés de vivre comme mes Seigneurs dans les choses de la Religion et d'observer leur Réformation[5], *vous les*

Depuis que la direction du Collège de Genève avait passé de nouveau à *Jean Christin* (N° 842, n. 3), certains livres d'école, abandonnés sous le rectorat d'*Antoine Saunier*, avaient pu facilement reparaître. On sait d'ailleurs que plus tard *Gabriel Köln*, fils de Wigand, fut à plusieurs reprises réprimandé pour avoir publié « des *almanachs* et *pallettes* (alphabets) selon la papisterie » (Voy. Dufour. Notice citée, p. 76. — E. Gaullieur. Études sur la Typographie genevoise. Bulletin de l'Institut Nat. Genevois, t. II, p. 131).

[2] Les députés bernois se renseignèrent d'abord auprès des pasteurs. On lit dans le Registre de Genève du lundi 12 janvier 1540 : « Vendredy dernier, les ambassadeurs de Berne fire assavoyer az *Ja*[*cques*] *Bernard*, sçavoyer que il vollyen parler aux prédicans. Et allyre vers eulx aux logis, et quan il furent laz-dedan, fyren sorty tous synon eulx. [Ils dirent :] Le bruyt co[u]rt que en ceste ville l'on volloyer avoyer laz messe. Du Collège, qu'il estoy mal pourvie[u]z et que il n'y avoyt nul ordre. L'hospital n'est entretenuz coment appartien, et qu'il il [l. qu'ils y] ayen laysse beaucopt biens. Que l'on n'az poien de consistoyre autquelt les matières spirituelles doybvent estre décidée. »

[3] Le 8 janvier, les ambassadeurs avaient entretenu le Conseil des affaires de Claude Savoye, devenu citoyen de Berne. Le 13, ils exposèrent les plaintes des Bernois, conformément aux présentes Instructions.

[4] A comparer avec les t. IV, p. 455-460; V, 116, 156, 157, 160, 205, 215, 216, 245, 246, 285.

[5] Voyez les t. III, p. 339, 340; IV, 60, 414, 415, 416; V, 135-139. Le Manuel de Berne du 3 janvier 1540 rend la même idée par les termes suivants : « Les exhorter [ceux de Genève] à considérer ici l'honneur de Dieu et ce à quoi, *in casibus fidei religionisque*, ils se sont engagés par écrit envers mes Seigneurs. » (Trad. de l'all.)

exhorterez à se tenir à leurs engagements, et à supprimer dorénavant les vices publics, à savoir, les dissolutions, les insolences et les actes scandaleux qui se produisent par des paroles, des faits et des gestes, — afin d'éviter tout scandale et de ne pas fournir aux papistes une raison de blâmer et de diffamer la religion évangélique.

En tout cela vous avez plein pouvoir d'agir, de prendre les mesures nécessaires et de faire tout ce qui peut servir l'honneur de Dieu et favoriser l'avancement de sa sainte Parole. Vous exigerez et vous rapporterez une réponse des dits Seigneurs de Genève sur ce sujet[6]. Fait le 3 janvier, l'an, etc., XL.

LE SECRÉTAIRE DE BERNE.

845

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg, 10 janvier (1540).

Inédite. Copie moderne. Bibl. Nationale. Collection du Puy, t. 102.

Gaspar, post longam ac variam consultationem, tandem se ad

[6] On lit, soit dans le projet de réponse aux ambassadeurs, soit dans le texte définitif de la réponse : « De laz remuée de *laz messe*, que c'estoyen mauvays gens, semeurs de noyses, et que il ne cryussent à tielt faulx rapporteurs. Touchant *le consistoyre*,... pour ce que n'avons pas grans pays ny terres, — des choses spirituelles laz cognoyssance s'en fayct en Conseil estroyct, ayant évoquées, avecque eulx, les S[rs] prédicans. De *l'eschole*, fère responce coment aut Colliège nous avyons pour régent Maystre *Anthoine Saulnyer;* et, pour ce qui ne volly vivre jouxte le synode de Lausanne [N° 700], le mysmes hors, et à laz requeste de Monsieur le cappitaienne *Nayguely*, déchassâmes tous les Fransoës qu'estyen en icelluy ; et dempuys avons fayct toute diligence de trouvé home propice : ce que n'avons peult trouvé jusque az présent... Toutesfoys, que le dictz Colliège est proviheuz d'ung home bien propice [N° 842]... De *l'hospital*, que sans nulle faulte l'on fayct tout son povoyer de l'entretenyr, combien que *le Roy* nous az hostée *Thiez* [t. V, p. 331] et d'aultres biens, — nous confiant que, pour l'advenyr, Leurs Excellences nous ayderont en cella ; et que le dictz hospital est fort chargée, et dépend plus [l. cause plus de dépense] que nous murallies.... » « Et mostryz [l. montra] le dictz ambassadeurs *ung petit lyvre des alphabetz ancien*, disant que l'on apprenoyt les enfans ainsy, lequelt l'on avoyt pourté az *Berne*. » — A ce dernier reproche, nulle réponse, dans le Registre du Conseil. (Communication obligeante de M. Théophile Dufour.)

abitum comparavit [1]. Veritus enim est ne si diutius maneret, sese obrueret ære alieno [2], et quia jam aliquantum contraxit, habet in animo conditionem *Basileæ* suscipere, si quam reperiat unde aliquid conficiat pecuniæ, quò se apud creditores liberet. Consului tamen omnino ne ultra duos menses se obstringeret, ut integrum sit *fratribus* de ipso statuere quod visum fuerit [3].

Omnia hîc adhuc sunt in suspenso. *Cæsar magnum exercitum conscribit* [4]. *Nostri* [5] *silent proinde ac si nihil res ad se pertineret.* Nolunt enim videri se illi opponere, cum fingat [6] nihil aliud sibi esse in animo quàm recuperare duas illas urbes quæ defecerunt [7]. *Sciunt tamen se non procul abesse à periculo; itaque se parant, sed frigidiùs quàm multi optarent. Hoc boni dedit nobis Dominus quòd se Papistæ plurimi nobis adjungerent, ad patriam defendendam; nunc enim seriò cogitant actum de libertate Germaniæ esse, si opprimamur* [8].

Postquam rediit *Bucerus* [9], recitatæ sunt ei literæ quas fratres

[1] Voyez sur *Gaspard Carmel* les pages 25, 26, 30.

[2] A comparer avec le N° 813, renvoi de note 17.

[3] Les pasteurs du Chablais attendaient impatiemment l'arrivée de *Carmel.*

[4] Dans la copie, *conscrivit.*

[5] Les confédérés de Smalkalden.

[6] Dans la copie : *victori* se illi opponere, cum *fingatur*, etc.

[7] Trois villes de la Flandre, *Gand*, *Courtrai*, *Oudenarde*, s'étaien révoltées contre Charles-Quint, à cause des contributions extraordinaires qu'il prétendait leur imposer, malgré ses engagements antérieurs (Voy. H. Martin, o. c. VIII, 254, 257, 262).

[8] L'archevêque de Trèves, *Jean de Metzenhausen*, déclarait en 1539 au chancelier de Hesse, qu'il était persuadé « *Cæsarem* et *Pontificem* junctis consiliis id agere, ut sub religionis prætextu Principes *Germaniæ* universos opprimerent; *consulendum ergo in commune*, et concordiam in religione procurandam, vel si hæc obtineri nequeat, *pacem civilem* constituendam esse. » Seckendorf mentionne, en citant leurs paroles, d'autres princes catholiques dont les sentiments étaient tout pareils (Op. cit. III, 232 b. — Rommel. Philipp der Grossmüthige, II, 398). Voyez aussi les lettres de Calvin à Farel du 27 février et du milieu de mai 1540, et celle qu'il adressa à du Taillis le 28 juillet, même année.

[9] La copie porte *Toncetus*, nom imaginaire. Il s'agit évidemment ici de *Bucerus*, qui était de retour de *Wittemberg*, où Philippe de Hesse l'avait envoyé pour consulter Luther et Mélanchthon sur son projet de mariage (N° 835, n. 38). *Bucer*, en revenant sur ses pas, s'était arrêté à Weimar, chez l'électeur de Saxe (13 décembre), puis à Cassel, pour faire son rapport au landgrave de Hesse. Ce fut sans doute peu après son arrivée à

istinc[10] ad *Grynæum* de *Caroli* negocio scripserant[11]. Cùm *illud eum*[12] *malè habuit quòd actionem totam nostram*[13] *videret adeò fratribus displicere,* quos toto animo cupit habere amicos; tum verò hæc res vehementer eum anxium reddidit, cum legeret in *Zebedæi* literis : « *nos agere aliud nihil quàm ut papismum veteri speciosiorem reveheremus*[14]. » *Utinam talem papismum reciperet orbis universus!* Non equidem nego quin suam nequitiam *ille* prodiderit, cum de nugis illis controversiam moveret[15]; sed cur non perpenditis[16] quid sit illi responsum? Sed quid tandem recesserit *nostris?* Optat initio confessionem auricularem, sed postea fatetur ritè à nobis abrogatam; invocationem Sanctorum, preces pro mortuis et alia ejus generis conatur probare; sed protinus desistit, ubi contrariis rationibus victus est; atque ut tibi[17] concedam nonnihil in nostro scripto[18] posse desiderari, velim tamen reputes apud te quàm aspera sit vox illa « *novum papismum à nobis erigi!* » *Bucerus*[19], nisi obstitissemus, propriis literis se purgasset; verùm cum audiret me diligenter scripsisse, acquievit.

De Carolo ipso, non multùm à vobis dissentimus : nemo enim est nostrùm cui planè probetur. In recipiendo autem fuimus faciliores, quia putavimus antè à vobis receptum[20]. Fefellit nos ea opinio, sed tunc demum sensimus cum corrigere non liceret. Non video tamen in ea re tantùm periculi quantùm vos putatis: constringitur enim

Strasbourg, qu'il écrivit la lettre indiquée dans la Collection Simler sous le titre suivant : « *Bucerus*, nomine Principum Germaniæ, ad Galliæ Regem, de pace Ecclesiæ. Mense Ianuario, 1540. »

[10] Dans la copie, *istius*.

[11] On n'a pas conservé cette lettre des ministres du comté de Neuchâtel. On voit seulement qu'elle blâmait la procédure des Strasbourgeois dans l'affaire *Caroli*.

[12] Le copiste a pris pour *enim* l'abréviation de *eum*.

[13] C'est-à-dire, les Actes de la réconciliation de Pierre Caroli avec les pasteurs de Strasbourg (N° 822).

[14] *André Zébédée* avait joint à l'épître des pasteurs neuchâtelois (n. 11) une lettre où il communiquait à *Grynæus* ses réflexions personnelles.

[15] Calvin fait allusion aux Actes précités (n. 13), où sont mentionnées les objections futiles de Caroli et sa promptitude à rendre les armes, après chaque réplique des Strasbourgeois.

[16] Dans la copie, *propenditis*, et, un peu plus haut, *perdiderit*.

[17] Ibidem, *sibi*.

[18] Encore les Actes de la réconciliation.

[19] Ici le copiste a lu *Toncerus*.

[20] A comparer avec le N° 823, note 14.

multis vinculis, quæ si abripuerit, secura [21] est omnis concordia; si pertulerit, nihil poterit nocere. Deinde *nihil statuimus nisi hac lege, ut reconciliatio Agathopoli facta rata maneat, imò confirmetur* [22]. Nunc dicitis illum à pacto discessisse; ergo nihil cum eo actum est; quia indicate nostris, sine contentione *illum* non stetisse datæ fidei, omnia quæ petere potestis facturos polliceor.

Cœperam *hodie mane* literas scribere quibus consilium meum in ea re de qua jusseras [23], fratribus exponerem. Sed priusquam ad decimum versum pervenissem, *Comete* [24] *me accersivit ac totum diem detinuit secum*, tametsi absolvere una hora poterat quod mecum erat agendum. Mihi nihil est molestius quàm sic tempus frustra perdere; sed difficile est ab eo extricari. *Prudenter*, fateor, *nuper me admonebat Corderius* [25], *ne mihi negocia ordine meo aliena accerserem* [26]; *sed utinam sic possem me liberare, ut abhor-*

[21] Dans la copie, *secuta*.

[22] Voyez le N° 822, renvoi de note 15.

[23] Calvin répond à une lettre de Farel qui est perdue et dans laquelle il demandait peut-être à son correspondant de dissiper les malentendus existants entre les ministres de Zurich et ceux de Strasbourg (N° 847, renv. de n. 2, 9). Voyez aussi N° 863, renvoi de note 36.

[24] Le copiste a lu *Comele*, qui ne signifie rien. Il doit y avoir dans l'original *Comete* (*Comète*, en suppléant l'accent) ou *Cometa*. Par ce qui suit on voit que le personnage en question avait du respect pour la parole de Dieu, et qu'il recevait très convenablement les exhortations et les censures des ministres. Ses relations avec *Calvin* n'étaient pas récentes ; il recourait fréquemment à ses conseils et il abusait même quelquefois de son obligeance ; mais le Réformateur se contentait de gémir intérieurement des longues heures perdues au milieu des officiers du capitaine *Comète*. Tout ce qu'il dit de lui correspond exactement à ce que l'histoire nous apprend de *Guillaume de Furstemberg*.

Nous avons vu quelque part une lithographie où le comte Guillaume est représenté de profil : c'est un grand et bel homme, avec une longue chevelure flottante. Ce dernier détail peut expliquer le surnom que lui donne ici Calvin, et qui ne se retrouve pas ailleurs.

[25] C'est-à-dire dans une lettre dont on ne possède que le passage cité par Calvin.

[26] De quelles « *occupations étrangères à son office de pasteur* » Calvin veut-il parler ? Est-ce d'un travail autre que la correspondance qu'il rédigeait pour le comte Guillaume (N° 835, n. 22) ? Nous pouvons répondre à cette question en annonçant une découverte intéressante : Nous croyons avoir constaté que le mémoire intitulé « *Déclaration faicte par Monsieur Guillaulme, Conte de Fürstenberg* » (N° 835, n. 14), est en réalité l'œuvre du Réformateur. Ce serait donc, en rang de date, le troisième de ses écrits

reo ex animo. Abstineo certè quoad licet, sed in totum non concedit[27]. *Atque ut scias quàm libenter adeam, mihi sedendum est cum natione militari qua domus ejus referta nunc est; cogit enim fœderis nomine militem*[28], *tametsi non palàm neque professò. Multis vitiis laborat*[29], *de quibus tamen patitur se admoneri ac etiam reprehendi : hanc enim reverentiam defert verbo Dei, ut libenter audiat quidquid illic docetur, nec ministros contemnit, quod in me ipso experior.*

Gandenses[30] feruntur auxilium *Angli* implorasse et impetrasse[31].

français, et il faudrait le placer entre son *Psautier* de 1539 et son *Traité de la Cène*, de 1540.

Le susdit mémoire, qu'on pourrait aussi appeler un *factum*, porte la vive empreinte de l'esprit de *Calvin*, et l'on peut se dire, en le lisant : c'est ainsi qu'il aurait plaidé, si, déférant au vœu de son père, il avait suivi la carrière du barreau. Simple, précis et assez calme dans l'exposé des faits, l'avocat de Furstemberg s'anime à mesure qu'il en apprécie la signification et la portée. Bientôt l'indignation le saisit ; sa parole devient rapide et acerbe ; il accable *Vogelsberg* de ses apostrophes ironiques, réduit à néant les excuses dont il pourrait chercher à « se couvrir, » et ne l'abandonne qu'après l'avoir convaincu de trahison et d'infamie.

Tout ce réquisitoire est plein de verve et de vigueur. Impossible de n'y pas reconnaître à chaque instant les tournures, les expressions favorites et les mots incisifs de *Calvin*. Si ce n'est pas *lui*, qui serait-ce ? Quel autre Français, à Strasbourg, aurait manié cette maîtresse-plume qui trahit un humaniste, doublé d'un jurisconsulte et d'un théologien? Quel autre enfin eût été mieux informé des affaires du comte Guillaume, ou plus avant dans sa confiance ? Mais nos affirmations ne suffisent pas ; il faut que le lecteur puisse juger par lui-même. C'est pourquoi nous ferons réimprimer l'opuscule que nous appellerions volontiers le *Plaidoyer de Jean Calvin*.

[27] Il faut lire *conceditur* ou bien sous-entendre *Cometa*.

[28] Soldats levés en secret pour la Ligue de Smalkalden (N° 835, n. 15).

[29] Les mœurs de *Furstemberg* étaient celles des militaires de ce temps-là. Selon Bonivard, « chascun sçait quel homme c'estoit, yvroigne comme un landsknecht, larron comme un guascon, qui aussy estoit la plus part du temps enragé » (Advis et devis de la source de l'idolâtrie. Genève, 1856, p. 158). Brantôme dit que là où le comte avait passé, il ne restait rien. Voyez aussi Gaillard, o. c. IV, 321. Ces jugements absolus doivent être tempérés par le présent témoignage de Calvin, par celui des Genevois (IV, 294), et par le fait que la considération du comte n'avait pas trop souffert à Strasbourg, où il résidait souvent. Cette ville lui confia plus tard le commandement de ses milices (Voy. Münch, o. c. t. II, *passim.* — Rœhrich, o. c. II, 5, 113, 114, 170, 182).

[30] *Les Gantois*. En latin ils sont ordinairement appelés *Gandavenses*.

[31] Ils avaient requis l'aide de leur suzerain, le roi de France, qui se hâta d'en prévenir l'Empereur. (Voy. H. Martin, l. c.)

Lutherus amicissimè de me sciscitatus est ex Bucero[32]. *Excusatione illa mea Philippus supersedendum censuit*[33]. Vides ut omnia simul nullo ordine permisceam; finem igitur facio. Vale, frater suavissime. Dominus te aliosque omnes conservet, quos mihi diligenter singulos salutabis, *præceptorem meum*[34] imprimis. Argentorati[35], 10 Januarii (1540).

(Inscriptio :) Optimo fratri meo Guillelmo Farello, Neocomensis Ecclesiæ pastori[36]. Neocomi.

846

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Strasbourg, 6 février 1540.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 10.

Obsecro, mi frater, quòd tecum expostulo, te objurgo, tibi succenseo, te accuso, id perinde accipias ac si hæc tecum ipse faceres. *De Carolo Dominus dabit consilium, quo si quid peccatum est corrigatur. Nostri quoque se læniores fuisse fatentur quàm oportuerit.* Sed quia non ea est severitas disciplinæ apud nos quæ esse deberet, coacti sunt indulgentiùs eum tractare quàm optassent. *Imprimis* verò *fefellit nos omnes error ille quòd putavimus vobis reconciliatum*[1]. *Nam hac eum lege recepimus, ut ratæ manerent omnes*

[32] Le copiste a lu *cœtero*. C'est encore un nom propre estropié. Il ne peut être ici question de *Géryon Seiler*, médecin de la ville d'Augsbourg. Il ne connut *Calvin* que plus tard. C'est donc auprès de *Bucer*, arrivant de Strasbourg, que *Luther* s'était informé très amicalement de *Jean Calvin*.

[33] Il s'agit de l'*Excusatio* composée par *Calvin* au mois de novembre 1539, et que nous avons placée à la fin du N° 835.

[34] *Mathurin Cordier*, principal du collège de Neuchâtel.

[35] Dans la copie, *Argentorii*.

[36] La lettre n'est pas signée, mais au-dessous de l'adresse on lit : « *Calvinus.* » Ce nom, ainsi que le millésime de 1540, aura été écrit sur l'original par *Farel*.

[1] Voyez les N°s 823, note 14; 845, renvoi de note 20.

pactiones quibus Agathopoli vobiscum rediisset in gratiam. Si redierit, cavebimus ne quid nostra facilitas detrimenti vobis afferat. *Illic* [2] nescio an poterit nocere, etiam si velit. Si de nobis obloquatur, vix, ut spero, audietur. Scio enim *Jamesium* [3] de nobis meliùs sentire quàm ut temerè admittat ullam criminationem. Ego quoque, ut verum fatear, illum *Rognaco* commendavi [4], sed in hanc formam : « Quòd resipuisset, quòd se ad nos recepisset, quòd agnita culpa veniam impetrasset. Nos sperare illum ex animo ad nos reversum. Itaque rogabam, si se non aliter gereret quàm decet Christi servum, ne quid illa alienatio ei obesset. »

Non venit ad *Rognacum.* Ideo non usus est ea commendatione. Illic tamen *Alexander* [5] receptus est in gratiam *Roberti Vallis,* cujus fuisse olim in familia nosti [6]. Cum huc postea missus esset, scripsi *Rognaco* me conscientia fuisse impeditum, quominus domi reciperem aut cum eo verba facerem. Ipse humaniter excusavit se ignorantia peccasse, quòd excommunicatum esse [7] nesciebat. Venturus autem huc est cum uxore [8] hac quadragesima. Tum de *Carolo* diligenter percontabor.

Quod quereris sacrum ministerium tam miserè istic collapsum, sic res habet. Quocunque vertas hodie oculos, ubique innumera reperias quæ deplores. Ego certè dum finem nullum video, animum prorsùs desponderem, nisi me hæc una cogitatio sustineret : quòd opus Domini, quidquid accidat, nunquam est deserendum. Tamen inter tot mala interdum aliquid dat Dominus quod nos recreet. *Hermannus,* qui adversùm nos *Genevæ* disputavit [9], diem à me petiit ad colloquendum. In pædobaptismo, in humanitate Christi, in aliis quibusdam se graviter lapsum esse jam fatetur. Sunt alia quædam in quibus nonnihil hæret. Sed bona spes est tot difficultatibus perruptis. *Comes Joannis* [10] tandem puerum quem habet natu satis grandem obtulit ad baptismum. Ignovi aliquamdiu ejus infir-

[2] C'est-à-dire, à *Jametz,* département de la Meuse.

[3] *Jean de La Marck,* seigneur de Jametz (V, 233, 248).

[4] A l'époque où *Caroli,* quittant Strasbourg, prétendait se rendre chez M. *de Rognac,* à Linchant (p. 56).

[5] *Alexandre le Bel,* qui était parti de Strasbourg avec Caroli (p. 57).

[6] Voyez, sur M. *de Robertval,* la p. 97, note 81.

[7] Il avait été excommunié par l'église de Neuchâtel (p. 102, renv. de n. 106; p. 113; V, 160, 206, 447).

[8] Sous-entendu *Rognacus.*

[9] L'anabaptiste *Hermann,* de Gerbihan (IV, 272, n. 7; V, 113).

[10] Le compagnon de l'imprimeur *Jean Bomeromenus,* ou de *Jean Tordeur* [l. *Stordeur*] de Liège (IV, 272. — Kampschulte, o. c. p. 325)?

mitati, cum diceret sibi constare optimam rationem differendi. Tandem dixit, se non morari eos quorum pervicacia nullo modo frangi queat.

Quod de ingressu *Cæsaris* istic fertur est fabulosum[11]. Hominem illic habebant nostri qui omnia perspiceret. Certum est de rebus seriis nullum sermonem fuisse habitum. Verùm dictus est dies ad Calendas Martias, quo simul *Cæsar* et *rex Samarobrivæ* conveniant[12]. Si poterit inter eos convenire, meritò timendum est ne ad nos perdendos conspirent[13]. Aderit *Ferdinandus*[14], qui jam itineris magnam partem progressus est. Rumor est *Sabaudum*[15] quoque per *Italiam* iter facere, ut Alpibus Tridentinis in *Germaniam* veniat. Et sanè nihil ei spei restabit ad sua recuperanda, si eo absente *duo illi* transegerint. *Nostri Cæsarem de sua pollicitatione appellant*[16]. Interim tamen non secùs tumultuantur ac si bellum esset jam indictum. Superiori mense visi sunt nimis esse resides; nunc mirum est quantùm sint excitati.

Atqui inter tantos motus mihi tantum est otii, ut de uxore ducenda cogitare audeam[17]. Oblata mihi erat puella quædam, nobilis genere et supra conditionem meam dotata. Ab eo conjugio duæ rationes me absterrebant : quòd linguam nostram non tenebat, et quòd verebar ne sui generis ac educationis nimis memor esset. Frater ejus, vir pientissimus, instabat, nec alia causa nisi quòd ita erat amore mei excæcatus, ut se ipsum negligeret. Uxor etiam studio simili cum eo certabat, ut dare manus propemodum cogerer, nisi me Dominus liberasset. Cum enim respondissem

[11] Calvin fait allusion à une lettre de Farel qui répondait à celle du 10 janvier, et qui lui communiquait les bruits publics sur l'entrée de l'Empereur à Paris.

[12] Ce n'est pas à *Amiens*, mais à *Bruxelles*, que François I désirait avoir une seconde entrevue avec Charles-Quint.

[13] L'accord entre les deux monarques était de nouveau gravement compromis, depuis que l'Empereur avait quitté la France. Déjà à Valenciennes, il avait répondu en termes évasifs aux ambassadeurs du Roi, qui lui demandaient l'accomplissement de ses promesses, c'est-à-dire la restitution du Milanais. Après la soumission de Gand (6 février 1540), il leur déclara n'avoir rien promis (Voy. H. Martin, o. c. VIII, 258, 261, 263).

[14] *Ferdinand*, roi des Romains et frère de Charles-Quint.

[15] *Charles III*, duc de Savoie, que son neveu François I avait dépouillé de la plus grande partie de ses états.

[16] La promesse d'un *synode* composé de Catholiques et de Protestants (p. 38, 39, 127).

[17] Au mois de mai 1539, *Calvin* songeait déjà à se marier (V, 314, renv. de n. 11-14).

nihil me facturum, nisi puella reciperet se linguæ nostræ discendæ animum adjecturam, illa tempus ad deliberandum petiit. Statim igitur *fratrem meum* cum bono quodam viro misi, qui mihi alteram adduceret : quæ si famæ suæ respondeat, satis magnam dotem sine ulla pecunia secum adferet. Mirificè enim commendatur ab iis qui norunt. Si veniet, quod certò speramus, nuptiæ non ultra decimum diem Martii proferentur [18]. Utinam tunc adesses, ut benediceres nostro conjugio. Sed quia te anno præterito plus satis fatigavi. non audeo rogare [19]. Si quis tamen ex fratribus in animo haberet nos invisere, optarim ut eo tempore quo vices tuas sufficeret [20]. Quanquam ridiculum me facio, si contigerit me ista spe decidere. Sed quia Dominum mihi adfuturum confido, perinde ac de re certa delibero.

Redeo ad publicum statum. Quoniam *Cæsar* per *Londensem* [21] indicavit nostris principibus se *de conventu habendo* consilium non abjecisse, ne imparati deprehendantur, jusserunt *Schmalcaldiæ* adesse aliquot eruditos viros, qui de ordine actionis dispiciant [22]. *Bucerus* ante vicesimum hujus mensis eò profecturus est.

Vale, frater optatissime. Dominus te aliosque omnes tuos collegas conservet, quos meo nomine amantissimè salutabis, nominatim *Capunculum, Corderium,* præceptorem meum, *Thomam, Cunierum* et *Nicolaum* [23]. Nostri te diligenter jusserunt salutari. Has literas scribo per *Britonem* [24], quem hîc optassem anno uno diutius retinere, nisi cogerer rationes ejus comprobare. Argentor. 6 februar. [25] (1540.)

Calvinus tuus.

(Inscriptio :) Fratri meo integerrimo G. Farello, Neocomensis ecclesiæ fidelissimo pastori.

[18] Ce troisième projet fut abandonné, et *Calvin* épousa, au mois d'août 1540, *Idelette de Bure*, veuve de Jean Stordeur, natif de Liège (Voy. les lettres du 29 mars, du 21 juin et du 17 août).

[19] *Farel* était donc venu à *Strasbourg* en juin 1539, pour assister aux noces de *Jean Calvin* (V, 314, 341). Mais le mariage que celui-ci projetait alors ayant été rompu, il n'osait pas inviter *Farel* une seconde fois.

[20] La Classe de Neuchâtel députa à la cérémonie des noces de Calvin *Guillaume Farel* et *Jean de Bély*.

[21] *Johann von Vecze*, archevêque de *Lunden* (V, 254, n. 41).

[22] Cette conférence s'ouvrit à *Smalkalden* le 1er mars suivant.

[23] Les pasteurs *Jean Chaponneau*, *Thomas Barbarin*, *Cunier*, et *Nicolas Parent*, candidat au ministère évangélique.

[24] Voyez, sur *Brito*, le N° 832, note 41.

[25] Farel a écrit au-dessous de l'adresse : « 6 febr. 1540. »

847

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Neuchâtel, 6 février 1540.

Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 13.

S. Gratiam et pacem a Deo! *Et omnes fratres et ego vel maximè lassi sumus, toties causa Caroli fatigati. Tractabatur in cœtu nostro, ob Grynæi amicas literas ad omnes scriptas* [1], *ac propter ea quæ tu scribis de aperienda omnium mente in fratres quos in Domino colimus* [2], quos et optamus semper magis ac magis in ecclesia Christi proficere, non solùm sibi, verùm etiam aliis. Dolet non parùm tam multos bonis fratribus abuti; sed plus affert consolationis magisque recreat, quòd boni quoque non inutilem experiuntur tam piorum fratrum operam. Quare discupientes, ut unum sint ac verè habeantur cum omnibus qui *istic* Christo militant, ut omnium nomine scriberem [3], quamvis — mihi conscius quàm sim ineptus ad hoc præstandum, ac quàm posset commodiùs ab alio fieri cui nihil intercessisset cum *Carolo*, quique et bona valetudine ac vi dicendi potentior esset, cum utrisque destituerer, — conarer à me onus rejicere; verùm pergentibus, cum in hoc sim ut fratribus bona suadentibus nemo reluctetur, fuit mos gerendus. Hoc impetravi ut tantùm per te indicarem aliis, sic tamen ut nihil proponas nisi quod ad perfectam charitatem conservandam et Ecclesiæ commoda fecerit; nam eò tendit omnium affectus.

Primùm igitur *hoc exoptant fratres, ut dona Dei tam insignia tantorum Christi ministrorum, sicut integerrimè ipsis utuntur multa fide ac diligentia boni viri, ita cautè multa circumspectione idque*

[1] Cette lettre de *Grynæus* est perdue. Elle répondait, sans doute, à celle des pasteurs neuchâtelois mentionnée plus haut par Calvin (N° 845, renv. de n. 10-11).

[2] Édition de Brunswick : *colamus*. Il y a ici une allusion aux pasteurs de Strasbourg.

[3] C'est-à-dire, au nom de la Classe de Neuchâtel.

ubi Ecclesiæ causa agitur. Nam in propriis, ut suspicax non est charitas, sic in iis quæ totum respiciunt corpus Christi, nihil deferendum huic aut illi; sed vel cum jactura membri, si res poscat, corpori est consulendum. Quod experti in nobis dolemus, dum aliquando cupientes adesse alicui, vel ab aliis persuasi, quantùm nonnullis indulsimus, tantùm Ecclesiæ parùm prospeximus [4]. Hîc te appello si non et contigerit, dum admiramur titulos [5], ac audimus affectibus propriis inflammatos, qui etiamnum sic ardent ut sibi excidant. Siquidem ita ferri quosdam video ut quicquid probent aliqui illis improbetur; sufficiens est causa ut respuant, non ingratum aliis esse; ut amplexentur, ab aliis non probari, ac si Marius omnes reputaret amicos qui Scyllæ non placerent. Hîc flagitant diligentem rerum examinationem, non personarum affectum. Sanè qui vel ut viscera in Domino mihi chari et intimi fuerunt, hac ratione tam graviter me offenderunt ut tantùm memoria me cruciet. Si factiones in omni republica sunt perniciosæ, in Ecclesia mihi sunt ipsa pernicies. *Ego cum fratribus causam Domini volo tantùm curari, et non alicujus. Omnes dejiciantur et nihil sint in seipsis, ut Christus exaltetur et omnia sit.* Cui quàm miserrimè servitur jam, tam sunt plerique omnes ambitiosi seque quærentes ac sua, ut Christi nullam habeant rationem! Et quò plus pergo, plus experior in iis quos ardere oportet pro Christi gloria. Hîc, frater, labora [6] ne quibusvis fucis sub Christi nomine fides habeatur, ac *tanti fratres* [7] illorum non serviant affectibus. Quàm vellem hîc possem fratribus satisfacere, ac quod expertus sum eloqui! Sed te puto capere quid velim.

Alterum est, quòd currentes ut alios Domino lucrifaciant, ac satagentes ut concilient omnes, si potest fieri, sic agant ut multo parta labore non pereant, ac conjuncta non desiliant; neve fiat ut quæ stabant cadant, quæ surgebant suffocentur, et quæ prodire poterant impediantur, et desperata firmentur. Nam quæ à nostris prodeunt, si non rectè fiant, quantam putas ruinam cient? *Ab Altomonte* nobis est testis infelix [8], sicut et opera quibus potest *papismus*

[4] Aveu relatif à l'accueil indulgent que les ministres neuchâtelois avaient fait à *Caroli*, en juillet 1539.

[5] Allusion à ceux des ministres qui étaient pleins de déférence pour les deux docteurs de Sorbonne *P. Caroli* et *Jean Morand.*

[6] Édition de Brunswick : *laboro.*

[7] Les frères de Strasbourg.

[8] *Louis du Tillet*, seigneur de *Haulmont* (Voy. les Indices des t. IV, V, et le N° 825).

vel in parte firmari. *Hoc jubebar attingere, sed peculiariter de fovenda vel potiùs resarcienda concordia cum Tigurinis*[9], quorum ecclesia non potest contemni; siquidem à nonnullis subindicabatur parùm convenire. Hìc valde laborandum, bene ut conveniat[10]. Vereor ne per eos qui fratribus se fingunt qui *istic* sunt amicos, et aliis quoque, semina odii, imò incendium alatur, ut in aliis etiam est videre, dum interdum liberiùs scripta, non ut scribuntur, aut non à quibus oportet accipiuntur; suppressa expediret magis aliqua, et nescire multos. At Satan illud urget ut quærant non pauci quod ad dissidia facit, magis quàm paci servientia. *Intelligo istinc scriptum fuisse, huc missa fratrum acta*[11], *sicque per nos celata ut ad alios non pervenerint. Si missa fuerunt, mihi sanè non fuerunt missa.* Nam ex fructu actionis *illius de quo agitur,* uvam[12] acerbissimam cogebar tunc devorare, cum nihil magis ad mortem raperet me, quàm ecclesiarum per *illum* facta ruina, ut taceam de viri commilitonibus. Et, ut aliquid inter ea quæ fratrum sunt, de meis immisceam, judicor solus[13] effecisse ne triumpharet actor. Quis speret, aliud cogitare in hac causa eos qui audent affirmare quicquid ab aliis fit aut curatur, quamvis nemo minùs resciat quàm ego, autorem me esse.

Cum hac transiret *Viretus Berna rediens*[14], contuli nonnulla

[9] Voyez, sur l'état des relations entre l'église de *Zurich* et celle de *Strasbourg*, le t. V, p. 141, n. 6, et la lettre de Calvin à Bullinger du 12 mars 1540.

[10] Ces trois derniers mots sont écrits à la marge.

[11] Les *Actes* de la réconciliation opérée à Strasbourg (N° 822), au sujet desquels *Grynæus* écrivait à Calvin, le 25 octobre 1539 : « Ad *Farellum* acta cum Carolo ante omnia mitti diligenter oportet, et per eum ad alios » (p. 109). Les nouveaux éditeurs de Calvin disent au contraire (o. c. XI, 15), que ces *Acta* sont ceux de la conférence tenue à la Neuveville en juillet 1539, lesquels avaient été légalisés du 29 au 31 janvier 1540 (t. V, p. 457-462). Il serait singulier que l'envoi de ces Actes à Neuchâtel eût été ignoré de *Farel* jusqu'à ce moment-là, et qu'il l'eût appris par une lettre de Strasbourg. En outre, ne connaissait-il pas la teneur générale du susdit document, pour avoir assisté en personne à la conférence de la Neuveville (p. 87, premier paragraphe)?

[12] Dans l'édition de Brunswick, *unam.*

[13] Ibidem, *indices solos.*

[14] Le lundi 2 février, *Pierre Viret* avait paru devant le Conseil de Berne, avec *Matthieu* [*de la Croix*], pasteur à Lutry, et ils avaient, à eux deux, présenté un rapport qui concluait à l'érection d'un collège à *Lausanne*, et de plusieurs écoles dans les villes du Pays de Vaud (Manuel de Berne du dit jour).

quæ scribis ad me [15]. Miratur prætexere *Carolum* quòd desideret aliquid in doctrina, et quòd abrogata à nobis non sic essent abroganda, cum secùs locutus fuisset *Agathopoli* [16] : quod *Viretus* tum tibi tum aliis indicasse affirmabat dum essetis *Basileæ* [17], adeò ut tam possetis omnia tenere quàm qui aderant. Per ea quæ varia occurrunt, ac literas *Grynæi,* quibus puto fratres admonitos ut de omnibus tractarent cum homine [18], judico non venisse in mentem audita de *actione Agatho[politana]* [19]; cumque [20] ipse vellem tantùm efficere ut fratres incumberent lucrifaciendo *Carolo,* ut victus officiis fratrum se ac s[ua detestare]tur (nam sic volebam, ut toties indicavi, officiosè præstari omnia quæ possunt sine jactura Ecclesiæ fie[ri et d]isciplinæ eversione), *non attigi acta inter nos, in quibus nihil concludebatur* [21], sed spes affulgebat omnia rectè componenda tandem. Satis fuit intelligere per alium vos accepisse quæ oportebat, ne quid fieret nisi ut decet.

Non intellectam dicis nostram commendationem tantùm civilem fuisse, sicut nec civiliter unquam proposuimus commendare, sed ex animo et in Domino, nec aliter quàm vellemus nobiscum agi. Tamen de ministerio neque cum illo nec cum aliquo mentionem unquam fecimus [22]. Reputo posse aliquem nobis commendatum censeri valde, cui nos studentes officiis adesse, non præficimus [23] eum nec præfi-

[15] Allusion à une lettre de Calvin que nous n'avons pas et qui dut être écrite dans la seconde moitié de janvier.

[16] A la conférence de *la Neuveville*, où *Viret* avait été présent (t. V, p. 351, 355, 371).

[17] *Viret* était-il allé jusqu'à *Bâle?* Dans ce cas, il aurait pu renseigner *Calvin* sur les résultats réels du *colloque de la Neuveville*, et de manière à ne lui laisser aucune illusion (t. V, p. 371, renv. de n. 3-6). Mais il est plus vraisemblable que les mots *tibi.... indicasse affirmabat* se rapportent uniquement à la lettre écrite à *Grynæus* par Viret et Zébédée, après l'assemblée de la Neuveville. Grynæus aurait communiqué cette lettre à *Calvin*, qui se trouvait à *Bâle* en juillet 1539, on ne sait à quelle occasion.

[18] Farel veut parler d'une épître de *Grynæus* adressée aux pasteurs de Strasbourg, après la réception de la lettre de *Viret* (n. 17).

[19] Ici et un peu plus loin le manuscrit est entièrement rongé.

[20] Édition de Brunswick : *quæcunque ipse.*

[21] C'est ce qui nous a autorisé à dire (p. 56, n. 14) que *P. Caroli* n'avait pris aucun engagement formel envers les pasteurs neuchâtelois. — Le texte de Brunswick porte un point après *eversione*, et la phrase suivante y commence par ces mots : *Non attigeram*, etc.

[22] A comparer avec la page 95, lignes 6-32.

[23] Édition de Brunswick : *præfecimus.*

ciendum judicamus ministerio. Cumque quereris *de solemni illa pœnitentia*, qua nunc vix emergentes carent ecclesiæ, quòd uti non licuit, — non te fugit plerisque conclusum fuisse pœnitentem in numerum ministrorum non admittendum, et eos qui defecerunt à clero tardè admissos in communionem plebis, sed tardissimè restitutos in numerum ministrorum. Cum ea quæ dificilè introduci nunc possunt, ob malè cohærentes ac sic variè in hac re affectos fratres symmystas, fieri non potuerint [24], prætermissa sunt quæ fieri convenientissimè poterant. Quid enim aliud subsecutum fuisset quàm omnium ædificatio, si frater, admonitus quàm graviter peccasset quàmque omnes ægrè tulissent, audiret omnes plurimùm in Domino gaudere quòd rediisset, ac hujus gratia charissimum esse, quòd perditus cum esset, a Domino sit inventus, mortuus revixerit? quare omnes precibus ad Dominum adjuturi sint ipsum ac omnia acturi quæ Dominus dederit in gratiam ipsius : tantùm contendat ita ædificare quantum destruxit, ut omnes meritò adigantur rationem ipsius habere in ecclesia Domini.

Hoc sanè non parùm afficit, quòd concessa et affirmata negat ut dubia. Magis cum fratribus expostulare videtur quàm reconciliationem cupere. Sic aiunt qui *acta* viderunt in ipsis haberi [25], quod non putatur evenisse nisi (quod et tu indicasti aliàs [26]) ex iis qui non tantùm Dei et æquitatis, imò et sui immemores fiunt, dum affectus urgent ipsos. Non inexperto loquor, vidisti; nihil decessit, si non accreverit, maximo ecclesiarum malo. Hoc enim pessimum est, timorem Domini ac omnem quo rapi in Christum debemus nobis excuti affectum, nec ecclesiarum nullam [l. ullam] habere rationem, modò nobis indulgeamus. *Quàm sunt ii vitandi vastatores ecclesiarum! Si scires,* frater integerrime, *quibus artibus impetantur optimi fratres, ut purioris vitæ ita sanioris doctrinæ, ab iis qui præter nugas indoctas nihil didicerunt, et quantò mens fuit indoctior, tantò vita impurior, non posses non stupescere* [27]. *Triticeus noster primus domi post uxorem in lolium degeneravit* [28], et de quibus nihil minùs

[24] Ibidem, *potuerunt.*

[25] Farel n'avait donc pas encore vu les *Actes* envoyés de Strasbourg (n. 11).

[26] Édition de Brunswick : *alios.*

[27] Allusion aux intrigues d'*Antoine Froment* contre son collègue *Christophe Fabri* (Voy. le N° 848).

[28] Voyez, sur *Marie d'Entière*, femme de Froment (*Triticeus*), le t. V, p. 151, 296, 304, 456, 457. On sait maintenant, grâce à M. Théophile

speravissemus, cum tam malè [29] audirent apud sectarum amatores, quibus infensi erant, videntur hostium more agere, non ut Christi milites, ut causam Evangelii toto pectore tueantur, sed veluti conjurati sese tueantur, ut possint alios in ordinem cogere [30].

Hic res pergit non tam malè ut olim; laborandum nobis est in fovendis iis qui nobis pro fratribus erant hostes [31]. *Capunculus* jam olfacit quid olim tentatum fuerit in nos, ac quorsum rogatus sit sæpiùs [32], ac miratur tales esse. Nonnulli, cum sibi ac Ecclesiæ perniciem conciverint, alios impellentes, impulsi rursus, nescio an à *pontificiis* aliquid capiant, pergunt semper nec culpam agnoscunt. Dominus ex alto succurrat, et quæ instant mala avertat! Nam indicibilis apparet tolerantia Dei, quem flagitamus omnibus propitium miseris nobis succurrere, cor novum omnibus largiri, fugatis vitiis, veras indat [33] omnibus virtutes.

Nicolaus tui amantissimus miro discendi studio captus, idque ex te ac aliis qui *istic* agunt, voluit *istuc* descendere [34], cui non potui reluctari, etsi opera multorum hìc valde necessaria esset; imò

Dufour (Notice citée, p. 158), qu'elle avait épousé en premières noces *Simon Robert*, ancien curé de Tournay, qui se réfugia avec elle à Strasbourg et qui fut, dès 1528, pasteur dans le pays de Berne (Index du t. III). Il mourut à *Aigle*, en mars ou avril 1533, laissant sa famille dans la pauvreté.

Peu de temps après, *Marie d'Entière* se remaria avec *Antoine Froment*, et elle le rejoignit à *Genève* au mois de mars 1535 (III, 280). Cette femme orgueilleuse et vindicative fut, malgré tout son esprit, une mauvaise conseillère pour son nouvel époux, qu'elle dominait absolument. Elle prépara sa ruine morale, en permettant qu'il cherchât dans le négoce une aisance que la carrière pastorale ne pouvait pas lui donner. Et ainsi, pendant toute la semaine, il tenait une boutique d'épicerie, et le dimanche il montait en chaire. Quand il fut transféré à *Thonon* (1537), *Froment* spécula en grand sur les vins, sur les huiles, et, toujours plus âpre au gain, il cumula avec ses fonctions de diacre celles de péager. Choses dignes d'*un vrai Démas*, disaient les pasteurs du Chablais dans une lettre que nous donnerons plus loin.

[29] Édition de Brunswick : *mala*.

[30] C'est probablement une allusion à quelques pasteurs de la Classe d'Yverdon.

[31] Farel a surtout en vue son collègue *Jean Chaponneau* (t. V, p. 249, n. 15 : 448, renv. de note 5).

[32] A comparer avec la p. 92, renvois de note 58, 59.

[33] Dans l'édition de Brunswick : *indet*.

[34] *Nicolas Parent* (p. 103, n. 116). Il acheva ses études à *Strasbourg*, où il fut consacré au saint ministère par Jean Calvin.

currentem hortatus sum. Ex eo potes omnia intelligere quæ me fovent et quæ augunt. Si commendatione apud te esset opus, commendarem studiosiùs; siquidem et ægro et utcunque restituto mihi ministravit non improbè, potissimùm si affectum quis intueatur.

Omnes salutabis quàm officiosissimè, *Capitonem* imprimis, *Bucerum, Hedionem, Bedrotum,* et nunquam prætereundum *Sturmium*[35]. *Gallos* omnes saluta plurimùm, quos in Domino sic cupio[36] pergere ut per eos Christi gloria illustretur. Quàm te cupiant omnes fratres salvere[37], malo te, ut potes, apud te reputare quàm possim frigidè indicare. *Thomas* præcipuè, *Capunculus, Michaël uterque*[38], et totis votis *Capitonem* et *Bucerum* cum aliis symmystis, quibus optant arctissimo nexu perpetuò junctos[39] se perdurare. Non possum non addere *Fatonum* cum *Cunero*[40]. Utinam sic possem ipsorum affectum exprimere ut ardenter optant vobis omnia in Domino felicia. Vale, nec patere aliquid de pio fratrum affectu labefactari in te et fratres, ob scriptionem hanc tam miseram. Omnia eram laceraturus, nisi apud te reputarem tantùm mihi licere, ac sperarem te miserè ac improvidè scripta feliciter ac prudenter redditurum, additis quæ desunt, suppressis quæ item oportet. Præterea *cum istis agitur quos satis novi plus in me intueri quid velim, quàm quid dicam*[41]. Vale iterum, ac omnes tecum. Neocomi, 6 februarii 1540.

Tuus totus Farellus.

(Inscriptio :) Quàm charissimo fratri Jo. Calvino, Gallorum pastori. Argentorati.

[35] *Jean Sturm*, ami intime de Calvin (V, 321, renv. de n. 5).

[36] Éd. de Brunswick : *quos in Domino cupio pergere.*

[37] Ibidem, *salvum.*

[38] *Thomas* désigne *Barbarin*. Quant aux deux *Michel*, il ne s'agit pas ici de deux frères, mais de *Michel Mulot* et de *Michel Dobt*, lequel avait quitté le pays d'Aigle pour servir l'église de Neuchâtel (Voy. l'Index du t. III et la lettre de Farel du 31 mai 1543).

[39] Édition de Brunswick : *iniunctos.*

[40] *Jean Faton* et *Thomas Cunier*, que le traducteur anglais des Lettres de Calvin appelle ailleurs *Onerus.*

[41] *Farel* avait passé un an et demi à *Strasbourg* (1525-1526) et formé les plus douces relations avec *Bucer*, *Capiton* et d'autres pasteurs de cette ville (I, 455-457; V, 407, 408).

848

GUILLAUME FAREL à Christophe Fabri, à Thonon.
De Neuchâtel, 8 février 1540.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Gratiam et pacem a Deo! *Non est quòd frangaris,* charissime frater, *istis quæ sic te ac pios tecum turbant et affictant*[1]. Prædicta sunt a Domino, et sicut verè sentimus juxta verbum Christi afflictiones, sicut [l. sic] verè credamus, consolationes et perpetuas nos recepturos, tristitiamque omnem in gaudium vertendam, quod nemo poterit in minimo labefactare, quin perpetuum sit et quàm maximum, sine doloris mixtura. Durandum igitur ac perseverandum, quoniam non datur corona nisi legitimè certanti.

Ex iis quæ *Turterus*[2] ex *Frumento* retulit sub nundinas[3], cum post ægritudinem[4] neque ipsum neque alium hîc viderim, ac rursus quæ *Bursarium*[5] audio de te dixisse, *satis patet te iniquissimè traductum, non solùm apud symmystas, verùm etiam apud senatum*[6].

[1] Allusion au chagrin que les intrigues de *Froment* causaient à Fabri et à ses collègues (n. 6, 9).

[2-3] *Hugues Turtaz*, pasteur à Morat, était venu à *Neuchâtel* pour la foire dite de la Chandeleur, qui se tenait toujours un mercredi. Ce fut donc le 4 février qu'il informa *Farel* de l'entretien qu'il avait eu avec *Froment*, à Morat, trois ou quatre semaines auparavant.

[4] C'est-à-dire, après la maladie dont il relevait en décembre 1539 (N° 843, renv. de n. 24).

[5] *Michel Augsburger*, trésorier du Pays romand, ou peut-être *Éberard de Rumlang*, secrétaire des Comptes de MM. de Berne.

[6] *Froment*, toujours rebelle aux admonitions de la Classe de Thonon, s'était rendu à *Berne*, au mois de janvier, pour accuser, devant le Consistoire et devant le Petit Conseil, *Christophe Fabri*, qui était doyen de la susdite Classe. Ce voyage faillit lui coûter cher. Au lieu de prendre, pour son retour, la route de Payerne, Moudon et Lausanne, il suivit celle de *Fribourg*. Arrivé dans cette ville, le samedi soir 10 janvier, il logea avec ses deux compagnons à l'hôtel de *la Couronne*, où se trouvaient *Hugonin du Jordil*, de Corseaux, et son valet *Pierre Coctet*. Après le souper, ces

Quàm acerbè tulerim actionem Frumenti, vix expressero. Priùs reputabam incogitantia, ne dicam indocta et ignara simplicitate peccare, ac rursus sic raptum affectibus ferri, ut non satis sciret quid ageret, multa perturbans, ne dicam dissipans, ut laborandum fuerit non parùm in sarciendis quæ laceraverat : parùm institutus in Scripturis et minùs providus in actionibus. *Tamen nunquam potuissem id credere, tanta iniquitate ac tam malignè in fratrem charissimum insurrecturum,* et sine Dei timore ruinam confusione plenam ecclesiis procuraturum. O miserum hominem et certè dignum qui *uxori* nupserit, cumque affectibus plus satis inservierit, quid mirum sic addictus servituti serviat miserè[7]? Tuum erit videre, si sanitatis spes ulla sit, ut in hoc labores, teipsum subdens Christo, cujus gratia prospiciens ecclesiis, non quid *homo* meritus sit intueberis, sed quid te velit Christus. Scribo paucis[8] quæ te volo videre, ac ut judicaris facito : vel redde aut supprime, nam hoc cupio ædificare nec secùs aliquid agere.

Fratres priùs viderunt *Catechismum*[9] quàm ego, sed nihil ab eis accepi. Visum est mihi quædam meritò addenda, ne facilè errent postac qui sequentur, ac rursus ne quid meritò calumniari quis possit. *Gaucherio*[10] omnia tradidi. Vale ac dura, semper Dominum invocans. *Vide quòd calumnias à capite tuo depellas, satagens ut veritas pateat.* Saluta omnes pios in Domino, quibus opto Dominum semper adjutorem, qui et impiis sit propitius, corda immutans, sed imprimis *Alexandrum, Antonium* et *Joannem, Petrum* cum *Porreo*[11]

deux derniers personnages, qui avaient sans doute reconnu *le prédicant* à son costume ou à ses discours, entrèrent brusquement dans la chambre où il était couché, et *Pierre Coctet* tira son épée et s'avança en disant : « Où sont ces méchantes gens qui disent que *la messe* n'est pas bonne? » Le coup qu'il allait porter à *Froment* fut détourné par Noble *Claude Charvin*, de la Tour de Peilz, qui était accouru à son secours. Il expulsa les agresseurs, et, le lendemain, il escorta « le prédicant » hors de la ville (Enquête faite à Vevey, le 29 janvier 1540, par Augustin de Lutternow, bailli de Chillon. Arch. du C. de Vaud).

[7] Voyez la note 28 du N° précédent.

[8] Il faut sous-entendre : *ad Frumentum.*

[9] C'est le *Catéchisme* que *Fabri* avait composé pour l'instruction de la jeunesse, et qu'il fit imprimer en 1551 sous le titre suivant : « *Familière Instruction pour l'Église de Neuchâtel.* » La suite du discours donne à entendre que *Froment* avait trouvé quelque chose à dénoncer dans cet opuscule.

[10] *Gauchier Farel*, frère du Réformateur.

[11] *Alexandre Sedeille* ou *Sedille*, *Antoine Rabier*, *Jean Papillon*, *Pierre*

et quos nosti pios. Videte ut ruinis occurratis idque diligenter, invocato Domino ne ruinam superaddatis ruinæ. Nam vos non præteriit Satanam sic agere quosdam, ut putent se regnare ac se puros ac ter sanctos, si alii miserè perdantur ac errasse convincantur. Vobis hoc maximè fugiendum. Omnium quærenda est salus et perditissimorum etiam hominum, Ecclesiæ utilitas et ædificatio ac gloriæ Christi et Evangelii illustratio, ferendo etiam indignissimos. Dominus Jesus te ac omnes tecum servet! Vale bene ac fortis esto. Neocomi, 8 februarii 1540.

Tuus Farellus.

(Inscriptio :) Suo Christophoro fratri chariss. Tononii.

849

[PHILIPPE MÉLANCHTHON] à Jean Calvin, à Strasbourg.
(De Wittemberg) 11 février 1540.

Autographe. Bibl. Nationale. Coll. du Puy, t. 268. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 17.

S. D. Hic tabellarius *Senensem* se esse ait et fuisse sacrificulum, ac venisse in periculum, propterea quòd quædam liberiùs dixerit adversùs pontificum et sacerdotum luxum [1]. Apud nos sanè modestè vixit. Nunc cupit proficisci in *Sabaudiam* [2], ubi sperat se plus posse proficere, aut fortassis etiam servire ecclesiis. Rogo igitur te ut eum *Sabaudiensibus* commendes. Degustavi multa Italica ingenia, sed si possumus, benefaciamus aliquibus.

Te ex animo amo et precor Christum ut te gubernet. Spero *Bucerum* et nos brevi in *conventu Smalcaldensi* unà futuros esse. *Habeo apud me hospitem Gallum, Johannem Fraxineum* [3], *eruditum*

de la Fontaine et *Michel Porret*, tous mentionnés plus haut (p. 27, n. 95, 97).

[1] Le nom de ce réfugié, natif de *Sienne*, nous est inconnu.

[2] Voyez, sur ce qu'on entendait par « le pays de *Savoie*, » le t. V, p. 64, n. 20, p. 335, n. 8.

[3] Ce *Joannes Fraxineus* pourrait être identifié avec *Jean de Monstiers*,

et probum hominem, qui de te amanter et sæpe loquitur. Bene et fœliciter vale. XI die Februarii 1540[4].

(Inscriptio :) Egregia doctrina et pietate prædito D. Calvino, Argentinæ, amico suo cariss.

850

ROBERT ESTIENNE à [Jean Ribit, à Vevey?[1]]
De Paris, 16 février 1540.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calvini Opp. Brunsv. XI, 18.

Recepi literas tuas 16ª Februarii, ad quas pluribus respondere non possum propter occupationes. *Perge, obsecro, in emendando nostro thesauro, et colligendis quæ ex probatis illis authoribus*

seigneur de Fresse ou de Fresne, qui a publié plusieurs ouvrages, et qui fut évêque de Bayonne de 1550 à 1565. On lit dans Sleidan, à l'année 1551 : « [Galliæ rex] Baionensem episcopum, *Joannem Fraxineum*, ei [scil. Mauricio] miserat occultè, hominem jam antea diu versatum in *Germania*, nec imperitum linguæ » (Éd. cit. III, 286). Voyez aussi Moréri, art. Fresse. — Le P. le Long. Bibl. hist. de la France, 1719, nᵒˢ 7590, 16230. — La Croix du Maine et du Verdier. — Maittaire, III, 588.

C'est par *Fraxineus* que Mélanchthon dut recevoir les nouvelles suivantes, qu'il communiquait à Vitus Theodorus, le 15 février : « In *Galliis* recens (*sic*) tres combusti sunt, propter doctrinæ veræ confessionem, *Lugduni*. Audio et fugisse *duos Episcopos* et Comitem ; quosdam magnos viros antea rectè sapientes, nunc alienatos esse. Verè vides Machabaicorum similitudinem. Deus gubernet nos ! » (Mel. Epp. III, 958).

[4] La présente lettre ne porte aucune signature, mais elle est incontestablement de la main de Philippe Mélanchthon.

[1] On lit, au dos du manuscrit, cette note de la fin du seizième siècle : « *Robertus Calvino.* » Tout annonce, en effet, que nous avons ici une lettre de *Robert Estienne*, le célèbre imprimeur ; mais comment croire qu'elle ait été écrite à *Jean Calvin?* Était-il l'homme qu'il fallait pour la revision minutieuse du *Thesaurus* d'Estienne? Avait-il assez de loisir pour se charger de ce travail, lui qui se reprochait d'avoir accepté d'autres occupations étrangères à son ministère (N° 845, renv. de n. 26)? Et ce pasteur qui vivait dans la gêne (p. 32, renv. de n. 32 ; t. V, p. 270, 291,

deerunt[2] *:* eousque ut ne graviora postponas. *Feci partim quod volebas de libris. Non soleo à nostris bibliopolis quicquam accipere nisi præsenti pecunia*[3]. *Præsentem non habeo propter æs alienum multum quo laboro*[4], ad quod etiam dissolvendum totis viribus nitor. Magnam enim ea res molestiam affert mihi. Rem totam narravi *amico tuo* qui mihi tuas literas reddidit. *Minoris multò emissem nomine meo præsenti pecunia, quàm fide mea interposita*[5]. Libri

307) pouvait-il acheter des livres pour une somme supérieure à 200 fr. de notre monnaie, juste au moment où il songeait à se marier (N° 846, renv. de n. 17)?

[2] *Robert Estienne* avait publié en 1532 et en 1536 son *Thesaurus Linguæ Latinæ*, et il préparait, au prix d'immenses labeurs, un *Thesaurus Græcæ Linguæ*, qui n'a vu le jour qu'en 1572, par les soins de son fils *Henri*. Duquel de ces Lexiques est-il ici question? Il semble d'abord que ce soit du premier, et que l'auteur s'adresse à l'un de ses huit collaborateurs (Guillaume *Budé*, Lazare *de Baïf*, André *Tiraqueau*, Adrien *Turnèbe*, Jacques *Tusan*, Jacques *Goupil*, Gilles *Perrin* et Jean *Thierry*. Voir les préfaces de 1532, 1536, 1546, 1740). — ou à quelque professeur de latin, vivant loin de Paris (Claude *Baduel* ou Mathurin *Cordier*, par exemple).

Mais il est facile de démontrer que le correspondant inconnu était un *helléniste* de profession. Si c'eût été seulement un *latiniste*, Rob. Estienne aurait pu lui fournir immédiatement, de son propre fonds de librairie, tous les grands classiques latins, toutes les grammaires latines, toutes les rhétoriques en honneur dans les collèges (Voy. Maittaire, II, 442, 446-453, 463 et suiv. — Renouard, Annales de l'Imprim. des Estienne, 1837, 1843. — Firmin Didot, Nouv. Biographie générale, art. Estienne). C'est pourtant chez les autres libraires de Paris qu'on va querir les livres demandés (Renvois de n. 3, 5). Nous en concluons que c'étaient *des livres grecs :* Rob. Estienne n'en ayant imprimé aucun avant 1540. Pour en fournir lui-même à son correspondant, il aurait dû les acheter et les payer comptant.

Mais le problème serait en vain simplifié, si l'on oubliait que la présente lettre s'est trouvée parmi les papiers de *Calvin*, et que le personnage auquel elle était adressée a dû, par conséquent, séjourner dans la Suisse romande. Le seul *helléniste* qu'elle possédât en 1540, le seul, du moins, qui fût connu par des travaux de quelque valeur, était *Jean Ribit*, principal du collège de Vevey (t. IV, p. 288, n. 9). Il avait étudié à *Paris* et montrait un goût prononcé pour la lexicographie, témoin son *Index Aristotelicus*, auquel il travailla pendant plusieurs années. Il était donc très compétent pour reviser les parties les plus achevées du *Thesaurus Græcæ Linguæ* d'Estienne, et, comme il espérait succéder à son ami *Conrad Gesner* (N° 797), qui voulait quitter Lausanne, l'acquisition d'un certain nombre d'auteurs grecs devait lui être indispensable (Voy. C. Gesneri, Bibl. Univ. 1545, f. 450b; 1555, f. 108a. Art. Ribittus).

[3] et [5] De ces deux passages nous inférons, que Rob. Estienne ne possédait dans sa librairie aucun des livres demandés.

[4] On sait avec quelle noble ardeur *Robert Estienne* favorisait l'étude

omnes quos petis emuntur quinquaginta tribus francicis præsentibus, compacti; fortasse aliàs vix emas 58. Non potui ampliùs tua causa, quàm summam tibi scribere. Præstiterit fortasse totum negotium *Frestonio* committere[6], sunt enim vecturæ molestæ[7]: ille vero novit quibus daturus esset. Hoc mihi crede: nisi quod dixi æs alienum meum obstitisset, ea ipsa hora tibi emissem. Utinam nomine tua [l. tuo] majora præstare queam! Dominus aliquando liberabit me hujusmodi curis gravissimis. DOMINUS JESUS[8] cum spiritu tuo! Amen. Parisiis. 1540, 16 Februarii.

Tuus quem nosti.

851

PIERRE VIRET à Henri Bullinger, à Zurich.
De Lausanne, 20 février 1540.

Autographe. Archives de Zurich. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 19.

S. gratia et pax! *Gaudebam mihi, superiore æstate, occasionem in Germaniam peregrinandi fuisse oblatam*[1], *sperans fore ut ad vos quoque, quò institueramus iter, tandem perveniremus,* ac tua doc-

des belles-lettres et de l'Écriture Sainte. Les nombreux livres de classes qu'il publiait « étaient vendus à un prix dont la modicité les mettait à la portée des plus pauvres écoliers. » Ses deux éditions in-folio de *la Bible Latine* (1528, 1532) lui avaient imposé des dépenses extraordinaires. « Son fils nous apprend que tant la composition que l'impression du *Thesaurus Linguæ Latinæ* coûta à son père trente mille francs » (Firmin Didot, o. c.).

[6] Ce passage prouve avec évidence que le libraire *Jean Frellon*, frère de *François*, était fixé à *Paris* (t. V, p. 7, n. 2). Ils avaient de fréquents rapports de commerce avec *Bâle* et les autres cantons de la Suisse protestante.

[7] C'est un indice que le correspondant d'Estienne vivait assez loin de Paris.

[8] Le nom de *Jésus-Christ*, tracé en lettres capitales, était presque toujours, ainsi que la salutation *grâce et paix* (Voy. p. 85, n. 15), un signe de reconnaissance entre les Évangéliques.

[1] Au mois de juillet 1539 (t. V, p. 371).

tissimorumque virorum, quorum magnus est isthic apud vos proventus, præsentia et suavissimis colloquiis frui et oblectari contingeret. *Sed nescio quo casu è medio cursu revocati hac spe nostra et desiderio frustrati sumus*[2], *quo fit ut in præsentia,* postquam te coram videre et alloqui negatum est, *cogar saltem utcunque literis sarcire quod tunc præstare non licuit.* Scribo itaque, non quòd mihi pollicear ullam te voluptatem ex tam ineptis scriptis percepturum, aut inde aliquid ad te rediturum utilitatis, sed quòd ea spe ducar ut mihi persuadeam aliquid mea me importunitate abs te literarum extorsurum, quibus mihi recreetur animus, et quarum lectione doctior evadam, sicque afficiar ut redeam ad pietatis studia alacrior et ardentior. Puderet procul dubio tam impudenter te, virum undequaque doctissimum, gravissimis ac maximè seriis studiis occupatum, interpellare et remorari meis nugis et ineptiis, nisi et ipsæ alicujus essent momenti et quædam secum seria ducerent. Tua ergo fretus humanitate, quam mihi tot encomiis Do. *Gryneus, communis amicus noster*[3], commendavit, ac cujus impulsu priùs jam apud te aliquid audere cœpi[4], accingar iis exponendis de quibus magnopere cupio tuam audire sententiam.

Qualis sit *rerum nostrarum conditio* non putavi prolixiùs prosequendum, quum id abunde narraturus sit *tabellarius,* quem nihil latere arbitror, ut pote qui non tantùm mihi arctissima necessitudine conjunctus est, sed omnium etiam consiliorum et cogitationum conscius et particeps[5]. Unum est quod imprimis tecum optarim conferre, qua de re nonnihil attigi in meis ad D. *Casparem Megandrum* literis[6]. Sumus plerique, et penè quotquot penitiùs introspiciunt expenduntque diligentiùs quàm arduum hoc sit munus quo vilissimi homunciones fungimur, quos magnæ ac graves curæ teneant sollicitos et valde perturbent, quòd tam rarus appareat Evangelii fructus, tantus sit Verbi et sacramentorum contemptus, tanta fidei et charitatis inopia, tanta peccandi securitas, nullus Dei metus, nulla prorsùm religio, adeò ut vereamur ne paulatim labamur in atheismum quendam, semel deleta ex animis

[2] Voyez le t. V, p. 374.

[3] Viret avait formé des relations personnelles avec *Simon Grynæus* à Bâle, au mois de novembre 1535 (III, 372).

[4] Voyez la lettre de Viret à Bullinger du 15 mai 1539 (N° 788).

[5] Probablement *Jean Curie*, *Briton* (N°s 832, n. 41; 846, n. 24).

[6] Cette lettre de Viret à *Megander*, pasteur à Zurich (IV, 343, 352, 412), ne paraît pas avoir été conservée.

religione et omni Dei timore excusso. Nam *quid nobis accesserit ex profligato papismo, non sentimus aliud quàm quòd*, vice abominandæ illius sacrificulorum lanienæ et sacrorum execrandorum, *sacras habemus conciones, ingentem quidem et preciosissimum thesaurum, felicem commutationem, nisi quem ex ea decerpere fructum debueramus deflorarct præriperetque nostrorum hominum ignavia, et religionis neglectus tam impius et pertinax, ut sæpe soleam cogitare, hanc nobis lucem adfulsisse quò graviores irato Domino pœnas nostræ impietatis et perfidiæ luamus.*

Optamus omnes quidem profectum uberiorem, majores pietatis auctus et incrementa : sed nihil aliud quàm optamus. Deploramus istam temporum iniquitatem, at interea nemo est nostrûm qui mederi tantis malis valeat. Incertus sum planè idne nostro contingat vitio, an populi, an utriusque, quod probabilius esse conjicio. *Meditabamur disciplinam aliquam in Ecclesiam, quæ sic dissoluta est, revocare, id enim necessitas nos cogit facere : qualem verò, nobis non satis constat.* Cujus ecclesiæ exemplum nobis proponamus imitandum, non satis novimus ; tum quòd quibus vivatur alibi institutis, et qua disciplina contineatur quisque in officio, haud satis liquet, tum quòd rarissimæ sunt eæ ecclesiæ in quibus non iisdem laboretur morbis et iisdem sit opus remediis [7]. Porrò *veterem disciplinam restituere haud est in promptu nec expedit*, partim quòd non suis careat vitiis, et plurima contineat quæ, ut nonnihil discedunt ab Apostolorum puritate, ita reduci citra conscientiarum periculum et papismi speciem atque suspicionem non facilè possunt.

Cupimus disciplinam, sed quoad ejus fieri poterit simplicissimam, purissimam et nihil ab apostolica variantem et viris verè apostolicis. Qua verò via aggrediamur hoc negocium, unde incipiamus, quorum labore, industria, fide, diligentia et favore ad hanc rem utamur, quid proponamus et deliberemus, in tanto affectuum æstu, sinistris suspicionibus, religionis neglectu, haud nobis satis compertum est. *Morbos sentimus et cognoscimus, sed plus valet arte malum et in dies magis ac magis invalescit, dum nemo manum medicam admovet, nemo occupatur inquirendis antidotis, aut si qui id dent operam, aut cunctantur nimiùm aut non videntur agere ea fide et diligentia quam res ipsa postulat* [8], atque ita semper in eodem

[7] A comparer avec le commencement du troisième paragraphe des N°s 843, 846.

[8] Viret fait allusion aux autorités civiles et au Consistoire de Berne.

hæremus luto et consenescimus, nihil veriti ne posteris ecclesiam relinquamus omni solutam disciplina, mirè turbatam et dissipatam, quæ priùs penè interit quàm nata sit.

Tu igitur, obsecro, aliquo consilio et admonitione hac nos leves molestia, et hanc sedes perturbationem. Minimè enim dubium est quin vos quoque hujusmodi exerceant et exagitent cogitationes : quo fit ut sperem me vestris consiliis et monitis non parum adjumenti percepturum [9]. Saluta quæso meo nomine collegas et symmystas tuos, fratres in Domino nobis omnibus observandissimos. Salutant te *collegæ mei* et fratres qui apud nos sunt. Vale optimè et meam loquacitatem boni consule. Lausannæ, 20. Februarii. 1540.

Tuus Petrus Viretus.

(Inscriptio :) Pietate et literis ornatissimo D. Henricho Bullingero, Tigurinæ ecclesiæ pastori vigilantissimo. Tiguri.

852

CHRISTOPHE FABRI à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Thonon, 21 février 1540.

Autographe. Bibl. Pub. de Genève. Vol. nº 109. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 21.

S. *De negocio Caroli* nihil nunc scribo, quòd omnia superiore hebdomade viderim apud *Comitem* et *Viretum* [1], et quæ scripsistis et quæ *ipsi* ac *Zebedæus* respondent [2]. Unum tantùm dixerim,

[9] Nous ne connaissons pas la réponse de Bullinger; mais nous sommes autorisé à croire qu'elle ne dut pas encourager les ministres de Lausanne à réclamer l'établissement de la discipline ecclésiastique (Voy. Nº 843, n. 12, 13).

[1] Les actes de la conférence de Strasbourg (Nº 822) avaient été communiqués, par *Viret* et par *Béat Comte*, à *Christophe Fabri*, lors de son passage à Lausanne, entre le 8 et le 15 février.

[2] La lettre des pasteurs de Strasbourg qui était jointe à la copie des *Actes* relatifs à *Caroli*, n'a pas été conservée, non plus que la réponse des ministres lausannois et celle d'*André Zébédée*. — Il paraît que le pasteur

mutuas hasce demonstrationes ad seriò quærendum Ecclesiasticam disciplinam plurimùm conducere, citra quam nescio quà possimus conscientia diutius hîc ministrare, quum hac in parte sic ab hujusmodi miseris hominibus miserè prostituamur quotidie, dum simplicitati nostræ fucum facere noverint egregiè [3]. Quo fit ut bonum nostrum maledicentiæ sit obnoxium.

De negocio tuo ac fratris mihi commisso [4] breviter accipe. Habetis *rationem divisionis et appreciationis librorum qui in sortem vestram inciderunt* [5]. Ex quibus nonnullos mihi indicto servavi præcio usque ad summam 42 fl. 5 s. Alios partim vendidi, partim *bibliopolæ Lausannensi* [6] venales tradidi. Quòd bonam partem mihi retinuerim, hac ratione factum existimetis, ne *fratris Annotationes* [7], mihi quidem perutiles, aliis in vanum committerentur, ne dicam calumniatoribus, qui, Aranearum natura præditi, flores in venenum et retiam convertunt. Sed et multos libellos prophanos parumque pudicos [8] hac ratione dicto retinui præcio, ex quibus (ut didici ab *ipso*) aliquid fructus decerpere potero. Nunc supputemus : Recepistis 14 ▽, quibus addantur 2 ▽, quos *Michaël* pro *Bibliis latinis* se vobis soluturum recepit [9]. Item præcium *Bibliorum* ac *Psal.*[*terii*] *heb.*[*ræi*] [10], 6 fl. 10 s., cum tribus libellis gallicis quos pro laboribus ipsi *Michaëli* ac *Guliel*[*mo*] [11] dederam, 10 s. Summa omnium quæ pro receptis sunt habenda : 82 fl. 4 s. Supersunt, ex 106 fl. 6 s., 24 fl. 2 s. Ex quibus detrahe 2 ▽ solares quos nunc

d'Orbe écrivit deux lettres au sujet de l'affaire de *Caroli :* l'une à Grynæus, vers la fin de 1539 (N° 845, renv. de n. 14), et l'autre aux pasteurs de Strasbourg, en février 1540.

[3] N'y a-t-il pas là une allusion aux récentes intrigues d'*Antoine Froment* (N° 848) ? Quand ses collègues lui adressaient des réprimandes, il les menaçait d'un procès.

[4]-[5] Il s'agit de l'héritage d'Olivétan, échu, pour une moitié, aux deux frères Calvin (N° 816, n. 25).

[6] *Jehan Jaquemet* était libraire à *Lausanne* en 1538. Il eut un peu plus tard pour collègue *Gottfried Dieherr* (IV, 463).

[7] Les annotations d'*Olivétan,* écrites sur les marges des traductions de la Bible et des nombreux commentaires qu'il avait réunis (Voyez dans le N° 816, le Catalogue d'une partie de sa bibliothèque).

[8] Entre autres, le Gargantua (N° 816, n. 79).

[9] La Bible latine publiée par Robert Estienne (N° 816, n. 23).

[10] La Bible hébraïque de Venise et le Psautier qu'Olivétan en avait détaché et fait relier séparément (N°s 816, n. 29; 818, n. 20-22).

[11] Le libraire *Michel du Bois* et *Guillaume du Taillis,* réfugié français (N° 816, renv. de n. 24, 25, 27).

mitto : unde remanent 14 fl. 10 s. Sed vereor ne ultra medium horum ex indictis præciis decidendum postremò veniat.

De *exemplari Novi Test.[amenti]* [12], *Joannes Girardus* et *Antonius Vellensis* [13] dixerunt pauca esse in eo præter *Joannis Michaëlis* æditionem [14], cujus prototypum esse asserunt. Ego tamen exactiùs id expendam. *Exemplar* verò *Bibliorum fratri Armentiano* [15] *tradideram*, qui præter ea quæ ad calchographiam conferunt, nulla ferè annotamenta reperisse se asserit. Sed et ipse delusus est. Ubi enim *Pentateuchum* ab eo [16] correctum extorserunt *Antonio Marc.[urtio]* et *Morando*, huic muneri incumbentibus [17], illum præterierunt [18]. Nec defuerunt qui dicerent : « *Olivetanum quiescentem suis non indigere laboribus.* Sed iis respondeo, Anabaptisticam esse satisfactionem, quæ non satis, imò nihil, mihi ac piis omnibus faciat.

De *Petri nostri* procrastinatione ac negligentia [19], si nunc enarrare liceret incommoda quæ pauperculo fratri, omnia sua piis usibus exponenti, contigerunt, abunde excusandum censeretis. Quod autem in postremis meis literis excidit, meo vertendum vitio. Quàm primùm licuerit persoluturus est omnia fideliter, et jam ipse mecum in hoc laboramus. Vale, amicorum decus. Saluta, si placet, nomine nostro, *Alexandri* [20] ac piorum fratrum : Do. *Capi[tonem]*, *Buc[erum]*, *Sturm[ium]*, *Hæd[ionem]* et curatum cujus nomen excidit [21]. Ipse

[12] C'était probablement un exemplaire de l'édition in-8° du Nouveau Testament publiée à Genève en 1536. Il portait des notes manuscrites d'*Olivétan*, qui furent utilisées en 1538 et peut-être aussi en 1539 par l'éditeur *Jean Michel* (n. 14. Voy. aussi p. 24, n. 81; 31, n. 23).

[13] *Jean Girard*, l'imprimeur, et *Antoine Pignet*, pasteur à Ville-la-Grand (N° 821).

[14] Voyez t. III, p. 348, note 6. Cette édition de *Jean Michel* (1538) est décrite dans la Notice bibliographique de Théophile Dufour, p. 149-152.

[15] *Antoine Rabier*, pasteur à Hermance, près de Genève (IV, 364).

[16] Scil. *Olivetano*.

[17] Le dit exemplaire des cinq livres de Moïse, enrichis des notes d'Olivétan, avait été emprunté par *Jean Morand* et *Antoine Marcourt*, qui préparaient, semble-t-il, une nouvelle édition de la Bible (Voyez p. 31, n. 23).

[18] Ils mirent à profit les notes d'*Olivétan*, mais ils ne firent pas mention de lui.

[19] *Pierre de la Fontaine* était le débiteur de Calvin (N° 818, renv. de n. 30-32).

[20] *Alexandre Sedeille*, professeur d'hébreu à l'école de Thonon.

[21] *Matthias Zell* peut-être. Les nouveaux éditeurs de Calvin croient qu'il s'agit ici d'*Antoine Firn*.

est qui olim isthic parochum agebat, bonus vir. *Fratrem tuum* et *Enardum* [22] mihi charissimos non præteribis. Commendatissimam habete hanc ecclesiam et me potissimùm ac omnes in præcibus vestris. Quandoquidem *Sathan iisdem initiis ac per eosdem ruinam mihi minatur ut vobis Genevæ* [23], nisi Dominus averterit. Ton.[onii] 21. feb. 1540.

Tuus quantus quantus est
CHRISTOPH. LIBERTINUS.

Quum *in reditu ex Berna,* harum turbarum gratià [24], *Gaucherius* [25] mihi occurrisset, rogatus à me, tres coronatos *Petri* [26] nomine tradidit, quos cum nostris duobus, pro *Petro,* tibi mittimus. Dixit enim se non pluribus teneri vobis. Quid autem *Bernæ* egerim, quo vultu, quave congratulatione exceptus fuerim, nil aliud tam bre[vi] licet scribere, quàm me fortè *Uriam* esse.

(Inscriptio :) Suo Joanni Calvino, fratri et amico integerrimo. Argentinæ.

855

BÉAT COMTE [1] à Henri Bullinger, à Zurich.
De Lausanne, 22 février 1540.

Inédite. Autographe. Arch. de Zurich.

Etsi antehac semper vehementer videre te cupivi, et præsens de multis coràm tecum agere, quæ ad religionis christianæ purita-

[22] *Eynard Pichon* (p. 27, 29).

[23] Ce n'est pas une allusion à *Froment.* Il dut blâmer, en avril 1538, la sentence qui exilait *Farel*, *Calvin* et *Corauld.* Nous en avons, du moins, un indice très significatif dans le livre que *Marie Dentière,* sa femme, publia en mai 1539 (t. V, p. 301, renvois de n. 13-16). C'est à des pasteurs tels que *Jean Gastius* et *Adam de Retours* qu'il faut appliquer les paroles de Fabri (Voyez t. V, le commencement du N° 728 et les p. 233, 235).

[24] Nous avons peu de détails sur ces *troubles de Thonon.*

[25] *Gauchier Farel.*

[26] Voyez la note 19.

[1] Voyez, sur *Béat Comte*, collègue de P. Viret à Lausanne, les N°s 812, 817.

tem magnopere pertinere videntur, — hoc tamen desiderium mirabiliter ferèque supra fidem adauxerunt mihi *Libri illi duo*, quos tu *de erroris origine* singulari industria, mirabili eruditione, acerrimo judicio, anno superiore, scripsisti [2]. Ingenuè dicam, testante mihi Domino : nihil unquam, in ea quæ de Optimo Maximoque Deo est disciplina, quicquam in manus hominum exiisse agnosco unde ego tantùm fuerim confirmatus, tantum solidæ hauserim eruditionis, quantum ex illis tuis errorum inventis expurgatisque fontibus, quantumque ex *Amica exegesi* doctissimi atque adeò purissimi viri *Huldrychi Zuinglii* [3] : quem librum doctor ille verè christianus velut olorinam cantionem fato proximus cecinit.

Macte igitur virtute tua, Bulingere doctissime : sic itur ad astra, sic sanctis in harena christiana certantibus tryumphales coronæ recipiuntur. Jam verò quis non videt quàm acriter totus in eam sustinendam personam incumbere debes : quam jampridem magna doctorum ferè omnium expectatione, indoctorum admiratione, bonorum et in Jesu Domino piè vivere volentium gaudio suscepisti ? Quòd si porrò pergis, et sic diu sedulò cœlestis Domini talentum multiplicas (id quod maximè persuasum habeo), non equidem video quid adhuc garrire queant *Carnivori* isti et *sanguinisugi* homines [4], quos ego dignos — sed me reprimam, quando præsertim sine aliqua furoris specie de furiosis hujusmodi ingeniis vix mentio fieri potest.

Porrò jacet adhuc *disciplina Ecclesiastica*, neque prodeunt ii quorum partes sunt eam pro viribus erigere. De qua etiam pluribus fortè tecum acturus eram, nisi intellexissem copiosissimè id à dilectissimo mihi *P. Vireto* factum esse [5]. Hoc tantùm addam, cum confirmandæ ipsius querelæ gratia, tum quia nos ab ea parte maximè urit calceus, nihil nos hoc tempore æquè vehementer expetere, atque quid vos hac tota de re sentiatis. Hoc si impretamus [l. impetramus], et nos perpetuò vobis obligaveritis, et rem

[2]-[3] Le traité de *Bullinger* intitulé *De erroris origine* parut pour la première fois en 1528 (N° 837, n. 10). L'auteur l'avait fait réimprimer en 1539. L'« *Amica Exegesis*, id est expositio Eucharistiæ negocii, ad Lutherum, » avait vu le jour en mars 1527 (II, 18), c'est-à-dire, quatre ans et demi avant la mort d'*Ulric Zwingli* (11 octobre 1531).

[4] Il appelle ainsi les adhérents de la doctrine luthérienne sur l'Eucharistie (Voy. le commencement du N° 829).

[5] Voyez le N° 851.

vestra tum eruditione, tum professione, dignam feceritis. Vale. Laus.[annæ] 9. cal. mart. M.D.XXXX.

Tuus ex asse
BEATUS COMES donzarensis.

Symmistas tuos omnes vehementer salvere jubeo.

(Inscriptio :) Vigilantissimo Ecclesiæ Tigurinensis [pastori] D. Heynricho Bulingero, viro mihi observando[6].

854

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Strasbourg, 27 février (1540).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 23.

Exposui diligenter fratribus nostris quæ tu collegii vestri nomine mihi mandaveras[1]. *Exceperunt æquissimis et animis et auribus vestras monitiones.* Nam et à quibus animis proficiscantur optimè norunt, et vident non esse vana pericula quæ timetis. Dabunt igitur operam, quantùm licebit in his turbulentis temporibus, ne frustra moniti videantur. *Extremum illud « de sarcienda cum Tigurinis concordia*[2], » *magno argumento est, vos non satis intelligere, quanta fide sit in eo à nostris laboratum. Nullum non moverunt lapidem ex quo habitus est postremus ille conventus*[3], *quò eorum animos aliquantulùm saltem mitigarent.* Nam ad solidam benevolentiam tam citò reducere, ne sperare quidem audebant. Meminerant enim et quomodo accepti illic essent, et quomodo dimissi[4],

[6] Le sceau porte une main, dont l'index montre cette devise : CRUX PIETATI COMES.

[1] Voyez les cinq premiers paragraphes de la lettre de Farel du 6 février.

[2] N° 847, renvois de note 9-10.

[3] Le synode assemblé à Zurich du 29 avril au 4 mai 1538 (t. V, p. 3, 14. — Ruchat, V, 71-84).

[4] Voyez le t. V, p. 141, note 6.

et quæ deinde sparsæ de sua actione voces, et quæ literæ scriptæ. Quoniam verò per se parùm proficere poterant, adhibuerunt bonos omnes quibus erat aliquid authoritatis vel gratiæ apud illos, ut aliqua tandem pacificatio inveniretur, vel certè moderatio. *Interea Bullingerus epistolam illam divulgat, in qua versipelles ac vertumnos numerat inter Evangelii obstacula*[5] *: quibus nominibus nostros velut digito designari, nemo est qui non videat.* Nostri tamen tacere et supprimere tantam indignitatem, donec huc venisset *Erasmus*[6], unus ex ministris Tigurinis. Apud eum placidè et comiter expostulavimus. Illi ne verbo quidem satisfacere curarunt. Sed aliquanto post, non sine ipsorum conscientia, *Bibliander scripsit ad Sturmium*[7], *falsa suspitione nos torqueri. Bullingeri enim consilium fuisse, non Bucerum perstringere, sed eos qui ex agro Wirtembergensi Concordiæ accessissent*[8] *:* quia professi essent, sibi non sem-

[5] Cette Épître de *Bullinger*, adressée : « Ad Io. Traversum Rhetiæ Senatorem, » est placée eu tête du livre intitulé : « Orthodoxa et erudita D. *Ioachimi Vadiani Epistola*, qua hanc explicat quæstionem : An corpus Christi propter coniunctionem cum verbo inseparabilem, alienas à corpore conditiones sibi sumat ?... Accesserunt huic D. Vigilii martyris et episcopi Tridentini libri V. pii et elegantes, quos ille ante mille annos contra Eutychen et alios hæreticos parum pie de naturarum Christi proprietate et personæ unitate sentientes conscripsit. Tiguri, Froschover, 1539. » in-8° (Gesneri Bibl. univ., fol. 379). Voyez aussi la note 8. — J.-H. Hottinger. Schola Tigurinorum Carolina, 1664, p. 77.

[6] *Erasmus Fabricius* (Schmid), d'abord chanoine à Zurich, puis pasteur à Stein sur le Rhin, était bien connu des ministres de Strasbourg, parce qu'il avait diligemment évangélisé, de 1535 à 1538, les seigneuries que le comte Georges de Wurtemberg possédait en Alsace (Voyez les *Zuinglii Opp.* VII, 42, 167. — Les lettres de Fabricius aux pasteurs zuricois datées : Richevillæ, 15 Nov. 1535, postridie Epiphaniæ 1536. Arch. de Zurich. — Hospinianus, o. c. II, 141 a).

[7] *Jean Sturm* (Voy. la lettre de Bullinger à Grynæus du 12 déc. 1539. Calv. Opp. Brunsvigæ, X, P. II, 434).

[8] Dans sa lettre du 30 août 1539 à Myconius, que nous avons citée plus haut (p. 39, n. 15), *Bullinger* s'exprimait déjà comme il suit : « *Epistolam Vadiani* curavi prælo excudi. Adjunxi ejusdem argumenti 5 Lib. Vigilii... *Ulmense* illud ulcus videbatur tale emplastrum requirere. » C'est une allusion à *Schwenckfeld* et à ses disciples de la ville d'Ulm. Leurs idées sont réfutées dans un nouvel ouvrage de *Vadian* dont voici le titre : « Ad D. Ioannem Zuiccium... Epistola : in qua, post explicatas in Christo naturas diversas, et personam ex diversis naturis unam, Iesum servatorem nostrum, *vel in gloria veram esse creaturam...* docetur et demonstratur. Accessit huic... Antilogia, ad D. *Gasparis Schwenckfeldii* argumenta, in

per rectam Cœnæ intelligentiam constitissæ. *Bucero autem ipsi in faciem Tiguri esse dicta quæ dicenda videbantur.*

Itaque non est quòd nobiscum agatur, perinde ac si per nos steterit quominus optimè conveniret, vel stet etiam hodie quominus optima fide reconciliemur. Atque, ut veriùs loquar, nos illis amici esse non desinimus utcunque, illi hostiliter nos tractent. *Si scias qua moderatione se gerant nostri, pudeat te plus aliquid ab ipsis petere. Uruntur boni viri si quis Lutherum audet præferre Zuinglio. Quasi Evangelium nobis pereat, si quid Zuinglio decedit. Neque tamen in eo fit ulla Zuinglio injuria. Nam si inter se comparantur, scis ipse quanto intervallo Lutherus excellat. Itaque mihi minimè placuit Zebedæi carmen, in quo non putabat se pro dignitate laudare Zuinglium, nisi diceret : « Maiorem sperare nefas*[9]. » Cum cineribus et umbris maledicere inhumanum habetur : tum verò de tanto viro non honorificè sentire impium certè esset. Verùm *est aliquis modus in laudando,* à quo ille procul decessit. Ego certè tantùm abest quin illi assentiar, ut majores multos nunc videam, aliquos sperem, omnes cupiam. Quæso, mi Farelle, *si quis ita Lutherum extulisset, nonne Tigurini quiritarentur prostratum esse Zuinglium?* Stultè, inquies. Quasi verò qui *Luthero* favent, omnes sapiant. Sed hæc tibi in aurem sint dicta.

Caroli negocio toties retractando ego quoque fatigatus sum vehementer, vel potiùs fractus. Itaque patiar te libenter in posterum quiescere, nisi novi quid acciderit. Utinam semel mihi liceret in sinum tuum familiariter deponere quid sentiam, ac vicissim tuum consilium audire, quo meliùs essemus præparati. *Optima tibi occasio erit huc concedendi, si fiet quod de conjugio speramus*[10]. *Expec-*

Libellum qui ab eo *Summarium* inscriptus est, collecta : quibus Christum Dominum in gloria receptum, *amplius Creaturam nullo modo esse*, contendit. Tiguri, 1540, » in-8° (Voy. C. Gesner, l. c. — C. Th. Keim. Die Reformation der Reichsstadt Ulm, 1851, p. 301-304).

Au reste, *Bullinger* écrivait à Grynæus, le 12 décembre 1539 : « Epistolam præfixi, à libello... non alienam, et quam maximè in *Schwenkfeldianos* et sui similes turgentes spiritus strinxi... Præterea in papistas, pseudoevangelicos et in vertumnos quosdam etiam scripsi... Et quum illa scriberem in Iulio, erant quidam in *Suevia* concionatores quibus egregium videbatur nunc in hanc, mox in aliam partem declinare... Amo et veneror *fratres Argentoratenses* et ecclesiam illam sanctissimam. » (Lettre du 12 décembre 1539 à Grynæus, l. c.)

[9] Voyez le N° 840, renvoi de note 15.

[10] A comparer avec le N° 846, renvois de n. 17-20.

tamus enim puellam paulò post pascha[11]; *sed si mihi receperis certò te venturum, nuptiæ in tuum adventum differentur.* Satis enim habebimus temporis ad diem tibi indicandum. Hoc ergo primùm abs te summi beneficii loco postulo, ut venias; deinde ut venturum te confirmes. Omnino enim aliquem oportet istinc venire qui matrimonium sanctificet. Ego verò neminem malim quàm te. Ergo delibera an dignus tibi videar, cujus causa profectionem hanc suscipias.

Expecto quid nobis parient *tumultus illi quibus nunc Geneva exagitatur*[12]. Res, ut spero, aliquò inclinaverit, priusquam huc venias. *Germania*, ut solet, suspensa est magnarum rerum expectatione. Nemo enim est qui non suspicetur *Cæsarem* plura moliri, quàm præ se ferat. *Nostri nunc conventum agunt Smalcaldiæ*[13], in quo consultabunt in utramque partem : ut, sive pugnandum sit rationibus[14], sive bello decernendum, non deprehendantur imparati. Hoc boni dedit nobis Deus, quòd *tres episcopi electores potiùs se nostris adiungent ad tuendam patriæ libertatem, quàm ut cum Cæsare ullo modo conspirent*[15].

Ecclesiola nostra pro more suo se sustinet. *Hermannus ad Ecclesiæ societatem rediit optima, nisi fallor, fide*[16]. Confessus est extra Ecclesiam non esse spem salutis : apud nos veram esse Ecclesiam. Ideo defectionem fuisse quòd sectam ab ea separatam habuit. Hujus criminis cujus se reum fatebatur, veniam petiit. De libero arbitrio, de divinitate et humanitate Christi, de regeneratione, de pædobaptismo et aliis passus est se doceri ac *nostram doctrinam amplexus est. Tantùm in prædestinatione hæsitabat, in qua tamen mihi propemodum subscripsit, nisi quòd se explicare non poterat à*

[11] Pâques fut le 28 mars en 1540.

[12] Les troubles qui étaient la suite de l'affaire dite des *articulants*. *Genève* persistait à désavouer le traité en 21 articles conclu avec les Bernois, le 30 mars 1539, par ses députés (V, 372, n. 10). *Berne* s'irritant de ces retards, il régnait une grande animosité à Genève entre le parti des articulants et leurs adversaires (Voy. Ruchat, V, 136-139. — A. Roget, o. c. I, 201-210. — F. Turrettini. Les Archives de Genève, 1878, p. 214-222).

[13] La diète des Protestants à Smalkalden ne devait s'ouvrir que le 1er mars.

[14] Allusion au *colloque* promis par l'Empereur (p. 38, n. 14-15 ; p. 127, n. 24).

[15] Voyez le N° 845, note 8.

[16] N° 846, note 9.

differentia præscientiæ et providentiæ. Deprecatus tamen est, ne ea res impediret, quominus ipse cum liberis in ecclesiæ communionem reciperetur. Ego ea qua decuit comitate illum excepi, petentique veniam manum ecclesiæ nomine porrexi. Postea baptisavi ejus filiolam, quæ biennium excesserat. Nisi me supra modum fallit opinio, est homo religiosus. Cum ipsum hortarer ad alios in viam reducendos, « minimum, inquit, est ut non minùs laborem in ædificando, quàm feci in destruendo. » *Joannes* etiam qui *Ulmæ* habitat dicitur resipiscere [17].

At verò, ne in hac re gloriemur, Dominus nos mille modis humiliat. Nihilo enim meliùs apud nos res habent quàm istic, ubi dicis pessimè habere. Sed in rebus aliàs deploratis hoc semper solatii nobis superest, quòd non frustra Domino servimus, etiam dum in speciem videmur ludere operam. Literas ad *fratres* scriptas [18] dabis, si videbitur, sin minus, remittes aut apud te servabis. Eos singulatim nostro omnium nomine salutabis quàm amicissimè, quanquam velim et meo seorsum. Vale, optime et integerrime frater. Salutant te peramanter omnes, præsertim *Capito, Sturmius* et *Claudius* [19]. Nunc *Bucerus* abest [20]. Sed omnes simul mihi provinciam rescribendi mandaverant, cum vestras monitiones [21] ad eos detulissem : quibus tantùm abest ut fuerint offensi, ut potiùs confirmata fuerit eorum erga vos benevolentia, quæ tamen alioqui summa est. Vale iterum, anime mi. Ego tametsi dormiturio, abstrahi tamen à scriptione non possum. Argentor. 4. calend. Mart. (1540) [22].

Calvinus tuus.

(Inscriptio :) Farello [23].

[17] *Joannes Bomeromenus* ou *Jehan Stordeur* (t. V, p. 438, n. 27)?

[18] Cette réponse des pasteurs de Strasbourg à la lettre des ministres neuchâtelois (renv. de n. 1, 21) avait été composée par *Calvin.*

[19] *Claude de Fer* ou *Féray.*

[20] *Bucer* devait assister à la diète de Smalkalden.

[21] Voyez le N° 847.

[22] Le millésime est déterminé par le contenu de la lettre.

[23] Cette adresse n'est pas de la main de Calvin.

855

LÉON JUDE[1] à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Zurich, 29 février 1540.

Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1575, p. 22. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 26.

Gratiam et vitæ innocentiam a Deo Patre per Christum!

Superioribus annis, vir doctissime, *Epistolas duas dedisti, non tantùm doctas, sed etiam valde utiles et necessarias, maximè præsenti rerum statu*[2]. *Has ego ambas verti Germanicè, ut et ii fructum harum perciperent qui Latinè ignorant. Altera quam ad Episcopum*[3] *scripsisti, Basileæ excusa est mea opera : alteram noluerunt excudere typographi,* metu periculi fortasse deterriti. Nam in hac liberrimè et pro Christiana παῤῥησίᾳ loqueris quo pacto se gerant qui sub Papæ tyrannide vivere ac degere coguntur, damnans interim eos qui utroque genu claudicant, et non tam Deo quàm Papæ servire volunt, putantes satis esse si Fidem corde veram et inconcussam servent : etiamsi corpus sanguine Christi consecratum foris idolis prosternant et inclinent, consortes simul Satanæ et Christi, si fieri posset.

Hanc ergo receptam Zuikio[4] *misi Constantiensi, qui eam non sine gratulatione legit, rogans ut sibi per me liceret ut Augustam eam epistolam mittat excudendam :* se scire quendam qui eam typis mandare velit, *modò auctoris nomen* (quod ego tuo bono in versione suppresseram) *permittatur præfigi.* Hìc ego pro te nihil dicere potui vel asserens vel negans : *statui ergo expiscari literis tuam voluntatem, eamque à te receptam Zuikio rescribere.* Tu ergo, fra-

[1] Voyez, sur *Léon Jude,* pasteur et professeur à Zurich, la p. 81 et les Indices dest. III, IV, V.

[2] Voyez, sur ces deux *Épîtres*, le t. V, p. 163, n. 3.

[3] *Gérard Roussel*, évêque d'Oléron.

[4] *Jean Zwick*, pasteur à Constance.

ter, si consultum reipublicæ Christianæ velis, et succursum multorum conscientiis, non negabis ut præfigatur nomen tuum, quum alea semel jacta sit. Non enim te eum puto qui ob declinandam invidiam aut periculum, tantum fructum impedire velis. Non dubito, si liber hic evulgetur, multos fore qui abjecto jugo pontificio et excusso metu in castra Christi libero spiritu sint advolaturi. Tu vale, doctissime vir, et mentem tuam hac in re mihi literis significa primo quoque tempore [5]. Tiguri, ultima Februarii M.D.XL.

LEO JUDÆ tuus.

856

JEAN CALVIN à Henri Bullinger, à Zurich.
De Strasbourg, 12 mars (1540).

Minute autographe. Copie avec signature autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 27.

Gratia tibi a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo, frater mihi observande!

Nescio quî factum sit ut totum ferè sesquiannum ex quo huc concessi, nihil ad te literarum prorsùs dederim [1], cum et sæpe habuerim in animo id facere, nec deesset argumentum et oblata fuerit non semel occasio. Sed cum primis mensibus non venisset in mentem et jam aliquantum temporis præterisset, quasi amissa opportunitate, factus sum in posterum negligentior. Nuper verò cum *Erasmus* vester [2], dum hic apud nos erat, operam mihi suam obtulisset ad ferendas literas, si quas vellem scribere, avidè arripui quod maximè expetebam. Promisi ergo me scripturum. Quia tamen

[5] On ne possède pas la réponse de Calvin, mais on sait qu'elle fut très amicale (Voy. sa lettre à Farel du 29 mars).

[1] La précédente lettre de *Calvin* à Bullinger fut écrite entre le 6 et le 10 juin 1538 (V, 21). Le traducteur anglais interprète exactement le mot *sesquiannum*; et cependant, contre toute vraisemblance, il place la présente lettre en *1539* (Voy. Letters of John Calvin. Philadelphia, t. I, nº XXXI, p. 112).

[2] *Erasmus Fabricius* (Nº 854, note 6).

serò domum è diversorio ejus redieram et ipse postridie manè abire statuerat, profectionem ejus nolui morari, quanquam pro sua humanitate paratus erat expectare, si tantùm mihi placere indicassem. Sed quò erat ad obsequendum propensior, eò magis puduit ipsum rogare, præsertim cum possem triduo pòst literas submittere *Basileam*, unde facilè ad te perferri poterant. Tametsi autem illa quoque opportunitas mihi elapsa erat, putavi tamen mihi aliquando agendum esse quod nimis diu distuleram.

Quid autem potiùs, mi Bullingere, *hoc tempore agamus scribendo, quàm ut fraternam inter nos amicitiam et conservemus quibuscumque possumus modis et confirmemus?* Videmus enim quanti intersit, non nostra modò sed totius Christiani nominis, eos omnes quibus aliquam in ecclesia sua personam imposuit Dominus, vera inter se consensione conspirare. Id quoque videt Satan ipse, qui dum exitium regno Christi modis omnibus machinatur, nullam in rem magis incumbit, quàm ut dissidia inter nos serat, vel certè alios ab aliis utcunque alienet. Proinde officii nostri est ejusmodi artibus obviàm ire, et quò magis nititur hostis ille noster conjunctionem nostram distrahere, eò constantiore animo ac intentiore cura eniti ad eam fovendam. *Cum autem sedulò nobis id curandum est, ut cum omnibus Christi ministris societatem amicitiamque colamus, tum verò imprimis contendere in hoc nervos omnes necesse est, ut ecclesiæ quibus verbum Domini administramus, fideliter inter se consentiant. Ego amicitiam nostram, quibus auspiciis inita est*[3] *et quibus nunc fulturis sustinetur, salvam atque integram ad extremum fore confido.* Ego certè quantùm in me erit daturum me operam recipio ut firma perseveret. Nam quia semper tibi plurimùm detuli, singulari etiam dilectione, ut par erat, complexus sum, nec isto in te animo unquam esse desinam.

Inter hanc ecclesiam ac vestram, tametsi video nihil esse dissidii aut simultatis, plus tamen conjunctionis vel potiùs necessitudinis, esse cuperem. Unde autem id fiat, quominus sic inter se cohæreant ut desidero, non audeo statuere, nisi quòd animadverto infaustæ

[3] *Calvin* avait fait la connaissance personnelle de *Bullinger* à Bâle, au moment où les églises réformées de la Suisse signaient leur confession de foi (février 1536, t. IV, p. 4; 255, n. 5; 283, lign. 17-21).

Peu de temps après il offrit au pasteur de Zurich, avec un *ex-dono authoris*, un exemplaire de l'*Institution chrétienne*, qui sortait des presses de Thomas Platter et Cie (Communication obligeante de M. le ministre Félix Bovet).

illius contentionis reliquias nimiùm animis nostris adhærescere[4]. Hinc sinistræ multæ suspiciones, quæ ubi nos semel occuparunt, nulla inter nos solida amicitia aut esse aut diu stare potest. De *nostris* hoc certè polliceri atque etiam spondere ausim, nihil eos magis cupere quàm ut, depositis omnibus discordiis, fraternam amicitiam sincerè vobiscum colant. Deinde non aliud quærere concordiæ vinculum quàm puram Dei veritatem. De *Capitonis* sinceritate, quia satis perspectam vobis esse puto, non multùm loquar; pro *Bucero* respondebo non esse causam cur ulla in re debeat vobis esse suspectus[5]. Tametsi enim singulari perspicientia judiciique acumine præditus est, nemo tamen est qui religiosiùs studeat in simplicitate verbi Dei se continere, ac alienas ab ea argutias non dico minùs captet, sed magis oderit[6]. Jam si quid in eo desideratis, qua est modestia et facilitate, non modò admoneri à vobis sed etiam objurgari, si opus est, sustinebit. Tantùm ostendite, eam vos nobiscum expetere communicationem quæ servis Christi inter se esse debet.

De controversia ipsa[7] *non est quòd tecum agam. Res enim est quæ vix per literas possit expediri. Et ego fortassis temerè arroganterque facere videar, si quid in eo genere tentare ausim*[8]. *Temperare tamen mihi sæpe nequeo, quin cupiam mihi occasionem aliquam dari hujus quæstionis coràm tecum familiariter tractandæ ac disceptandæ. Scis enim me nunquam tecum sic verbis de ea contulisse, ut scire possim quid plenam inter nos consensionem impediat*[9]. Quia autem, quidquid illud est, indignum esse sentio quod dissidii causam nobis præbeat, peto abs te, mi Bullingere, vel potiùs te etiam atque etiam obtestor, ut non modò ab omni odio et contentione, sed ab omni etiam offensionis specie simus alienissimi. Ignosce meæ solicitudini. Neque enim hæc dico, quòd vel de prudentia tua, vel de

[4]-[5] A comparer avec les Nos 835, note 70; 854, renvois de note 2-9.

[6] Ce jugement ne s'accorde guère avec celui de Bullinger (p. 77, en note).

[8] Voyez, sur les *édits de l'Empereur*, la p. 245, note 11. Non moins cruel était celui de *François I* daté de Fontainebleau le 1er juin. Ses lettres-patentes du 31 mai, adressées au parlement de Provence, devaient nécessairement activer la persécution. Aussi eurent-elles pour résultat le terrible arrêt du 18 novembre, qui condamnait au bûcher dix-sept habitants de *Mérindol*, confisquait leurs biens et bannissait du royaume leurs femmes et leurs enfants. Toutes les maisons de ce village étaient vouées à la destruction. L'arrêt ne fut exécuté qu'en 1545 (Voy. la p. 228, 236, fin de la n. 15. — Crespin, o. c. 1582, f. 132 b-133 a). Il faut citer encore les noms de trois martyrs de cette même année 1540 : *Étienne Brun*, de Réotier, au diocèse de Gap, *Claude le Peintre*, brûlé à Paris, et *Colin Pallenq*, « du plan d'Apt. » (Voy. Bèze. Hist. eccl. I, 26, 27. — Crespin, l. c.)

[9] C'est-à-dire, à *Marguerite*, reine de Navarre.

[10] A comparer avec la p. 227, renvois de note 3-6.

[11] Ce fut seulement au milieu de janvier 1541 que *Charles-Quint* s'ache-

ostendit, deinde totius Imperii comitia *Ratisponæ,* ubi et de religione quod agitatum fuerit in priori conventu [12] definiatur, et de statu Imperii deliberetur. Est autem urbs illa pessimo loco sita, quòd Principes omnes qui pacis sunt amantiores, propter itineris longitudinem ac difficultatem eò non accedent, et *nostri* minùs tutum sibi accessum credent, quòd est in medio *Bavariæ* umbilico, cujus regionis Principes infensos habent [13] et *Cæsari* in fœdere illo nefario [14] conjunctos. *Tubingæ* exustæ sunt sexaginta septem domus [15]. Ignem ab incendiariis subjectum dicunt, sed nescitur qui sint illi aut à quo subornati [16].

mina vers l'Allemagne, après avoir visité la ville de Metz (p. 279, 280, n. 5. — Sleidan, II, 204).

[12] Allusion à la diète d'Haguenau.

[13] *Guillaume* et *Louis*, ducs de Bavière. On put croire, à la diète de Ratisbonne, que leurs dispositions envers les Protestants s'étaient notablement adoucies (Voy. la lettre du 28 avril 1541).

[14] *La sainte ligue* formée à Nuremberg, le 10 juin 1538, entre l'Empereur et la plupart des princes catholiques de l'Allemagne (Sleidan, II, 133, 134. — Ranke, o. c. 1843, IV, 111).

[15] Selon Joachim Camerarius (De Vita Phil. Melanchthonis. Lipsiæ, 1566, p. 186, 187), « plures quàm LXXII domus celeriter conflagrarunt. » Schnurrer, o. c. p. 433, dit que soixante maisons bourgeoises de *Tubingue* furent détruites par le feu. Les auteurs que nous avons eus à notre disposition n'indiquent ni le mois ni le jour. *Jean Brentz* parle pour la première fois du sinistre, dans la lettre qu'il écrivit de Halle, le 11 octobre 1540, à son ami *Camerarius*, qui demeurait à *Tubingue* (Voy. Pressel. Anal. Brentiana, p. 213). Le 4 octobre, Mélanchthon ne savait rien encore de l'incendie. C'est seulement le 2 novembre qu'il en fait mention, dans sa lettre à Camerarius datée de Worms (Mel. Epp. III, 1102, 1126, 1127).

[16] « Orta sunt variis in locis incendia per Saxoniam et loca finitima, ditionis ferè Protestantium, exustis aliquot oppidis atque vicis. Hoc tantum scelus, authore [*Henrico*] *Brunsvicensi* factum esse ferebatur » (Voy. Sleidan, an. 1540, II, 195, 212. — J. C. Fueslinus. Epp. Reformator. p. 200. — Mel. Epp. III, 1093). Mais Camerarius affirme (l. c.) que l'incendie de *Tubingue* ne doit être imputé qu'à la négligence d'un bourgeois de cette ville.

894

ANTOINE DE MARCOURT à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Neuchâtel, 1er octobre 1540.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calv. Opp. Brunsv. XI, 86.

S. Consideres oro, Domine mi Calvine, consideres (inquam) et summa diligentia animadvertas divinam illam providentiam qua celestis pater miris modis suos agit. Et, ne latiùs vagari incipiam, *recordare, obsecro, quanta ferocitate, aut si mavis improbitate, cives Genevenses è finibus suis te et reliquos pios et doctos fratres aliquando ejecerint, nunc autem ardenti desiderio te ipsum optant et maximis votis requirunt.* Mira certè rerum vicissitudo! quam non humanam, sed prorsùs celestem et divinam censeo.

Proinde *frater noster Guilielmus, nullis parcens laboribus, ad te se recipit, ut ex eo plenè intelligas rem ut est* [1]. Ipsum igitur audias necesse est, assensum prebendo suis sanctis monitis et consiliis. Divina nempe est hec vocatio; cave igitur ne detrectes; alioqui scito te non hominibus, sed spiritui sancto reluctatum fuisse. Videas obtestor et animo sereno revolvas quantùm fructus, quantùm edificationis per *omnes Gallias* inde orietur. *Ecclesia* (ut scis) *Genevensis* magni momenti est, quam si contingeret ob tuum dissensum labi, durissimum coràm Deo subires judicium. Ergo, mi Calvine, nedum celeriter venias, sed advoles citissimè, non spreta tam insperata occasione. Labores (fateor) sustinebis et sudores, verùm non frustra. Videbis enim fructum hinc promanare uberrimum, quandoquidem omnes quotquot sunt te velint et desiderent, nec immeritò. *Nullus* enim *mortalium tam potenter, tam prudenter et aptè posset huic ecclesiæ consulere atque tu,* sic te Deus suis dita-

[1] *Farel* venait d'écrire à Jean Fathon : « Omnino est animus pro Christo *in hac causa* me totum impendere » (Voy. la fin du N° 891). Avec l'assentiment des pasteurs neuchâtelois, assemblés le 1er octobre, il avait pris la résolution de se rendre à *Strasbourg*, pour exhorter *Calvin* à répondre favorablement aux avances des Genevois.

vit et ornavit donis et graciis. Appone idcirco manum huic operi, nacta *(sic)* tam desiderata et utili occasione, et Dominus Jesus, cui vivis et militas, tibi aderit, tuis sanctis conatibus felicem successum prebiturus, in quo bene vale. Neocomi [2], kalendis Octobris 1540.

Tuus dum vivet idque ex animo
ANTHONIUS MARCURTIUS.

(Inscriptio :) Et pietate et eruditione ornatissimo viro Domino Joanni Calvino, fratri suo in Christo charissimo. Argentorati.

895

MATHURIN CORDIER [1] à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Neuchâtel (1er octobre 1540 [2]).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 110. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 128.

Gratia et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo!

Etsi, frater charissime, *is* ad te *nuncius* [3] proficiscebatur, ut [4] literis nihil opus esse videretur, præsertim cum sola hujus præsentia plus apud te possit quàm omnes omnium epistolæ, tamen hujus rei vel magnitudo vel dignitas effecit, ut mihi in tanto negotio silendum esse hoc tempore non putarem. Itaque *hæc ad te celerrimè scripsi, non tam ut te hortarer* (etenim res ipsa te satis hor-

[2] *Marcourt* était-il venu à *Neuchâtel* uniquement pour revoir ses anciens paroissiens, dont le bon accueil ne pouvait lui faire défaut (V, 32-33)? Nous pensons qu'il tenait surtout à s'associer aux démarches que ses anciens collègues voulaient faire auprès de Calvin et des ministres de Strasbourg. La présence du vieux pasteur au synode neuchâtelois dénotait, de sa part, le plus honorable empressement, et elle avait toute la valeur d'une réparation spontanée et publique.

[1] Voyez, sur *Mathurin Cordier*, le t. IV, p. 456; V, 98, 99, 205, 221, 240.

[2] Voyez la note 6.

[3] *Guillaume Farel* (Nº 894, note 1).

[4] Dans l'édition de Brunswick, *et*.

tari impellereque debet), *quàm ut tibi et nomine tuo ecclesiæ Christi gratularer. Quæ enim res major, post hanc ipsam ecclesiæ instaurationem, visa est in tota Ecclesia? Quis triumphus huic conferendus?* O admirabilem Dei nostri potentiam, bonitatem, providentiam! Ecquis hoc humanis viribus factum iri sperare potuisset? Cantemus igitur Domino, qui hanc totam causam suo consilio gubernarit[5] : cantemus, inquam, Domino et laudemus eum cum omni gaudio et alacritate. *Quæ mens, quæ lingua filiorum Dei nunc cessare poterit, ubi primùm facti hujus fama dimanarit[6]? Itane Dominum profligasse inimicos suos, ut suis amicis in tempore provideret?* Quæ bonitas nisi a Domino? Quæ potentia nisi a Domino Deo? Ecquis erit tam cæcus (nisi fortè publicus hostis Dei et Ecclesiæ) qui tantam gratiam ac beneficium à solo Deo profectum esse non agnoscat, non fateatur ingenuè? Si in duris et adversis rebus summo illi omnium bonorum authori gratias et agimus et debemus, nos in hac tam insigni Ecclesiæ fœlicitate tacebimus, præsertim cum hìc agatur de magna et manifesta Dei nostri gloria?

Veni igitur, propera, mi frater, *veni, veni ut exultemus Domino, ut jubilemus Deo servatori nostro. Etiam cessas? Etiam deliberandum censes? Non vides te revocari non ab hominibus, sed omnino a Deo per ipsos homines? At ego, inquis, non queo sustinere ut hanc deseram tam honestam ecclesiam,* tantopere mihi a Domino Jesu commendatam. Ergone sanctissimus ille Apostolus idcirco dici potest ecclesiarum desertor, quòd in Evangelii administratione nulli certo loco sese privatim addicebat : sed quasi omnium gentium debitor, tota vita huc et illuc, instinctu spiritus sancti, pere-

[5] Ibidem, *gubernavit.*

[6] Non seulement les magistrats genevois désirent le retour de *Calvin*, mais ils ont pris, à ce sujet, le 21 septembre, une décision qui les engage pour l'avenir (N° 891, n. 10). A la réception de cette nouvelle, *Mathurin Cordier* fait éclater ses transports d'allégresse et de reconnaissance : « Qui ne reconnaîtrait ici l'œuvre de Dieu? Chantons un cantique au Seigneur! »

Voilà bien les élans de la première heure. L'ancien précepteur de *Calvin* aurait-il attendu deux mois et demi pour féliciter son élève et lui rappeler quel était son devoir? La question nous paraît si simple, que nous ne comprenons pas pourquoi les éditeurs des *Calvini Opera* ont placé la présente lettre au mois de décembre 1540, c'est-à-dire à l'époque où *Farel* se rendit à *Worms*. La plupart des églises réformées de Suisse et d'Allemagne savaient alors que *Genève* avait rappelé *Calvin,* et ce n'était plus le moment de s'écrier : « Quæ lingua... nunc cessare poterit, *ubi primùm facti hujus fama dimanarit?* »

grinabatur? Nonne illum assiduè sollicitabat omnium ecclesiarum cura? *Quòd si* etiam *ad comparationem veniendum est, cui quæso ecclesiæ obstrictus es arctiore vinculo, quàm illi tuæ Genevensi, de qua laborasti usque ad exilium?* Si te hujus rei argumentis aut docere aut permovere niterer, næ essem homo ineptissimus, jureque proverbio illo deridendus : sus Minervam. Ergo facessant rhetorica illa, valeat oratorum artificium. Plus enim momenti ac ponderis scio apud te habitura hæc, quæ sunt longè potiora : nempe fratrum omnium hac in re consensum, Satanæ cladem maximam, Ecclesiæ dignitatem (id est pulcherrimam victoriam) et, quod est rei caput, cætera omnia complectens, Domini Dei nostri gloriam ac honorem. Nam quid hìc tibi proponam aut famam tuam aut gloriam? Quæ tamen ipsa, si more humano loquendum est, hìc vertitur maximè. Sed nihil equidem dubito, quin summum bonum tibi sit servire gloriæ Domini, in cujus nomine tu verè et piè, vel in mediis malis, gloriari potes.

Si tibi non esset in manu quem istic statim præficeres, et quasi successorem relinqueres[7]*, non adeò instaremus.* Verùm non modò in hac parte, sed etiam in toto negotio tantæ occurrunt opportunitates, ut Christus sua ipse manu te deducere videatur. Nam *quòd migrationis difficultatem, aut certè aliquam rei familiaris jacturam causari velis, me profectò pudet cogitare quomodo famulo Dei tam abjecta res hærere possit in animo.*

Denique tibi etiam atque etiam consyderandum relinquimus quot bona, quot commoditates occurrant, si redieris : sin autem recusaris, quanta mala, quanta pernicies ecclesiæ illi miserandæ futura sit. Quid enim, si victa ob auxilii desperationem, relabatur in tenebras et pristinam calamitatem? Nam à quibus tandem propiùs subsidium petat, quàm à suis pastoribus? Ad quos et certiùs et tutiùs confugiat quàm ad progenitores suos? Quòd si ab iis se derelictam viderit à quibus potissimùm tuendam se putat, quæ spes miseræ et afflictæ reliqua est? Unum illud etiam vide, ne (quòd avertat Dominus!) si venire renueris, te ipsum seró pœniteat, neve dicaris spiritui sancto voluisse resistere. O gaudia, o gratulationes, o applausus universæ Ecclesiæ, de hac restitutione tua! Quis igitur relictus est recusandi locus? Quid restat porrò, nisi ut invocato Domini auxilio, adhibitis in consilium fratribus, commendata ecclesia, relicto idoneo successore, quàm primùm venias, aut potiùs advoles? Ac

[7] *Nicolas Parent.* Voyez sa lettre à Farel du 16 novembre.

nisi me invaletudo retineret, jam istic essem, ut te[8], *si tardares, istinc sublimem huc protinus raperem.*

Sed quid opus verbis? Quasi verò aut prudentiæ ac facilitati tuæ, aut etiam divinæ providentiæ diffidamus. Superest igitur ut tibi omnes precemur prosperum et facilem cursum profectionis tuæ. Quam rem tibi Dominus concedat per filium suum, Dominum nostrum Jesum Christum! Amen.

Universis et singulis fratribus ecclesiæ vestræ salutem plurimam : quos omnes obtestor per Dominum Jesum, ne quid impediant hunc reditum et restitutionem tuam. Etiam atque etiam vale, fili charissime. O quando illum diem videbimus quo teipsum corpore præsentem hîc salutare et osculari possimus!

Nosti manum tui Corderii.

(Inscriptio :) Joanni Calvino, optimo et charissimo fratri. Argentinæ.

896

André Zébédée[1] à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Neuchâtel, 1er octobre (1540).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 109. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 87.

In tanta tua erga Christi ecclesiam voluntate, summaque *Genevensium tuorum* miseria, et *Farelli,* communis tecum ejus ecclesiæ pastoris, tali apud te gratia et authoritate, fratrum denique omnium, quotquot hîc ulla pietatis christianæ et timoris divini habemus semina, incredibili de tuo adventu expectatione, — ut multis hîc utamur argumentis, quibus quod tantopere necessarium est ut abs

[8] Dans l'édition de Brunswick : *certe,* si tardares, etc.

[1] Voyez, sur *André Zébédée*, pasteur à Orbe, les pages 15, 240, 241, et le t. V, p. 98, 218, 315-319. On possède très peu de lettres de lui, et celle-ci est d'autant plus intéressante qu'il fut, dans la suite, l'un des plus violents adversaires de *Calvin.*

[te] impetretur tibi persuadeamus, nihil necessarium esse sumus arbitrati : præsertim cum *ex Farelli præsentia et per te certissimè ipse conjicies, et ipsius sermone plenissimè et penitissimè perspicies, cum quæ quantaque de te speremus, tum verò quid tibi in ista miserabili populi jam seriò tandem resipiscentis*[2] *angustia, sit faciendum.*

Video quidem istic, propter certas et graves causas, cum multas tum magnas difficultates quibus ita distineare ut nulla ad nos veniendi facultas posse fieri videatur. Sed tamen nullæ causæ neque possunt neque debent esse tantæ, quin perspecto Genevensis ecclesiæ tam perturbato statu, sola necessitatis consideratione, quicquid erit difficultatis debeas et possis superare, *idque hoc magis quòd nondum omnia sint ita deplorata, quin per tuum ministerium multa, imò verò omnia, illic restitui posse sit nobis exploratissimum. Tam enim fuimus,* propicio Christo, *hac in re exploratores diligentes, ut nihil quod ad ejus rei fidem et tibi et nobis faciendam pertineret, possit quis à nobis quidquam desiderare*[3]. *Cujus quidem explorationis omnem modum et rationem Farel ipse exponet tibi accuratè.* Quem dum cupidissimè audies fidelissimè omnia recensentem, nihil dubito quin ad tantam summi Numinis benignitatem et clementiam, in tanta populi, ut hactenus fuit, ingratitudine et iniquitate, prorsùs obstupescas, ita tamen ut intelligas his tantis initiis te ad suum tuumque populum velut signis elatis revocari, quò quod à te et *Farel* jactum erat magna fœlicitate fœlicique per initia successu fundamentum, et pòst astu Sathanæ per certa hominum monstra miserè divulsum et pœnè subversum, ad suam integritatem et æquabilitatem per vos componatur et restituatur.

Hæc, o Calvine, tot tantisque signis Domini voluntas esse comprobatur. *Neque* enim *temerè fieri putandum, quòd qui vestræ proscriptionis authores fuerunt*[4], *ipsi aut hanc vitam cum tanta talis mortis infamia commutarunt*[5], *aut solum exilii causa verte-*

[2] Édition de Brunswick : *resipiscentiæ.*

[3] De ces paroles on doit conclure que *Zébédée* avait fait un voyage à *Genève*, pour sonder les dispositions du public, et qu'il s'était assuré qu'on y désirait vivement le retour de *Calvin.*

[4] Voyez leurs noms, page 199, note 3.

[5] Allusion à *Jean Philippe*, décapité le 10 juin, et à *Claude Richardet*, qui s'était blessé mortellement, le même jour, en essayant de s'enfuir. Michel Roset dit, dans sa Chronique : « *Richardet* se dévala par une fenestre qui estoit aux murailles de la ville, et se creva, parce qu'il estoit pesant, et ne vesquit pas longtemps après » (Voy. A. Roget, o. c. I, 255, 256).

runt[6]. *In tanta sanè judiciorum Domini luce aliquid videt et multa sentit miserabilis populus. Palàm idem et apertè sentit quibus artibus ingressi sunt qui tam turpiter exierunt*[7]. *Nam verbis pœnè sunt jam publicè fassi, quod olim post vestrum discessum, suo qualicunque ingressu, re ipsa satis testabantur, se non tam pastores quàm vicarios fuisse*[8]. *Quod ipsum* Μω[9] *ad Genevensem S.P.Q. scribere nihil dubitavit.*

Meritò itaque populus vos agnoscit, vos requirit pastores. Fatetur culpam, sentit errorem. Per Christum cupit à vobis agnosci, ignosci et reduci. Agnoscite, ignoscite reditu vestro, conspectu vestro, reducite ministerio vestro[10]. Relinque istic nonaginta novem ecclesias. Video enim quibus exaggerationibus utentur qui te velint retinere. Satis habent aliorum et bonorum pastorum. Offer te huic erranti oviculæ, quæ dum in erroris sui tam periculosi tanto sensu, talique cognitione, tam diligenter te quærit, tam anxiè te expetit, minus erit laboris, nihil molestiæ in ipsa ad caulam dominicam reducenda.

Sed næ ego vanus qui te, jam huc tua sponte summaque celeritate accurrentem, his calcaribus velim vehementiùs urgere. Dominus quo te cepit spiritu ad honestissima quæque, quæque maximè ad suam gloriam suæque ecclesiæ progressum erunt necessaria, pergat illustrare et incitare! *Capi*[*tonem*], *Bucc*[*rum*], *Sturmium* suæ ecclesiæ diu velit[11] esse incolumes, meoque nomine salutabis diligenter. Neocomi, Cal. Octob. (1540[12].)

Zebedæus tuus
et omnium qui istic sunt fratres (*sic*).

(Inscriptio :) Joanni Calvino, Ecclesiæ Gallicanæ quæ est Argen-

[6] *Jean Lullin*, *Ami de Chapeaurouge* et *Jean-Gabriel Monathon*, condamnés à mort par contumace, le 5 juin 1540, et qui étaient en fuite depuis le 22 avril (p. 239, n. 31). Ils n'obtinrent leur grâce qu'en 1544.

[7] Il veut parler de *Jean Morand* et d'*Antoine Marcourt*.

[8] Dans quelles circonstances les successeurs de *Farel* et de *Calvin* firent-ils cet aveu? Peut-être à l'assemblée de Morges du 12 mars 1539 (Voy. t. V, p. 244, lignes 1-5).

[9] *Morand*. Sa lettre d'adieu au Conseil de Genève (p. 263-265) n'est pas aussi explicite que Zébédée veut bien le dire.

[10] Malgré l'enquête approfondie qu'il se vante d'avoir faite (renv. de n. 3), Zébédée semble ignorer que les Genevois ne songeaient nullement à rappeler *Farel*.

[11] Édition de Brunswick : *Dm.* (*Dominus*) *volet*.

[12] L'année est fixée par le contenu de la lettre.

torati pastori vigilantissimo et sacrarum literarum professori. Argentinæ.

897

GUILLAUME DU TAILLIS[1] à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Genève, 3 octobre 1540.

Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Jules Bonnet. Lettres françaises de Calvin, I, 24. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 89.

Grâce et paix de par Dieu et nostre Seigneur Jésus-Christ!

Très cher frère, à la suasion des principaulx bons frères de par deça, j'ay rescrit à nostre bon frère *Calvin* qu'il eust au besoin à subvenir à ses frères de *Genève,* sans avoir esgard à l'injure qui avoit esté faicte à Jésus-Christ en le déchassant, mais qu'il aye à considérer la désolation en quoy ilz sont et le debvoir à quoy il est tenu. Par quoy luy ay rescrit qu'il m'en mandast son advis, avan[t] que on envoyast embas[s]ade par devers luy[2]. Pourtant vous supliray que de vostre part ayés à luy mander et persuader se qu'il a à faire. Je ne vous en dy plus.

Vostre lettre a esté fort bien prinse de ceux de par deça[3], et croy qu'elle leur proffitera grandement, et se tiennent grandement tenus à vous qu'avez souvenance d'eux en leur nécessité; et à cela congnoissent qu'estes le vray pasteur, nom pas [l. non pas] ceux qui les lais[s]ent en danger. Au reste, le Seigneur a faict son plaisir du Sr *Michel Baltazar*[4] : c'est un grand domnage pour la ville, à ce que peut considérer l'homme; toutesfois sa volunté soit faicte

[1] Gentilhomme français, réfugié à Genève.
[2] L'envoi de cette ambassade fut décidé le 22 octobre (N° 900).
[3] Allusion à une lettre de *Farel* qui est perdue.
[4] *Balthazar* était le surnom de l'ancien syndic *Michel Sept.* Voyez, sur ce personnage, les Indices des t. III et IV.

et non autre. Que Dieu vous doint persister comme avez commencé! De Genève, le 3e de Octobre 1540.

Le tout vostre frère et amy
Du Taillis.

(Suscription :) Maistre Guillaume Farel, ministre de la parolle
Au Neuf-Châtel.

898

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Strasbourg, 21 octobre 1540.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Epistolæ et Responsa, 1575, p. 24. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 90.

Non dubito quin fratribus, quicunque me ad reditum per literas hortati sunt[1]*, diligenter excusaris quòd nihil eis responderim. Nosti enim eo biduo*[2] *tanta animi perplexitate me æstuasse, ut vix dimidia ex parte apud me essem.* Postea tamen, ut tibi morem gererem, aliquid ad eos in commune scribere conatus sum; sed postea cum cogitarem quid evenire soleat communibus istis literis, mutavi consilium. Nam quod ad paucos missum est volitat statim per multorum manus, donec passim fuerit evulgatum. Hæc igitur mihi ratio fuit, ut tibi uni scriberem, ne alios adhibeas lectores quàm à quibus videbis nihil esse periculi. Cur autem nolim latiùs dissipari quod in sinum tuum depono, intelliges ubi ad finem perveneris. *Tametsi animi mei sensum penitùs tenere te confido, et aliis etiam bona fide exposuisse, breviter tamen hìc repetam qualiter hodieque sim affectus.*

Quoties memoria repeto quàm miserè illic habuerim, fieri non potest quin toto pectore exhorrescam, ubi agitur de me revocando.

[1] Allusion aux lettres de *Marcourt*, de *Mathurin Cordier* et d'*André Zébédée* (Nos 894-896). Il dut y en avoir d'autres, qui n'ont pas été conservées.

[2] Vers le 10 octobre. L'appel à ce souvenir est un indice que *Farel* était alors présent à *Strasbourg* (Voy. la n. 13 et le N° 894, n. 1).

Illam inquietudinem omitto qua sursum deorsum jactati perpetuò fuimus [3], ex quo tibi adjunctus sum collega : scio enim, quocunque concedam, mihi infinitas molestias esse propositas : si velim Christo vivere, hunc mundum fore mihi semper turbulentum : vitam præsentem certamini esse destinatam. Sed *dum cogito quibus tormentis excruciata tum fuerit conscientia mea, et quibus curis æstuarit, ignosce si locum illum velut mihi fatalem reformido. Tu ipse mihi unà cum Deo optimus es testis, non alio vinculo me illic tamdiu retentum, nisi quòd jugum vocationis, quod mihi a Domino impositum esse noveram, non audebam excutere.* Quamdiu igitur sic eram alligatus, malui extrema quævis perferre, quàm in mentem recipere cogitationes mutandi loci, quæ sæpe alioqui mihi obrepebant. Jam verò ubi Dei beneficio semel sum liberatus, si in gurgitem quem mihi exitialem esse sum expertus, non libenter me immergo, quis non mihi veniam concedat? Imò verò quotusquisque erit qui non me arguat nimiæ facilitatis, si sciens ac volens me præcipitem dedero? Quid autem quòd *etiamsi nullo meo periculo absterrear, ministerium tamen meum illis utile fore vix confido? Nam quo ingenio præditi sunt illic plerique, neque ipsi mihi tolerabiles erunt, nec ego ipsis.*

Est [4] aliud quod me vehementer perturbat. *Neque* enim *multum profecturus mihi videor, nisi manum auxiliarem præbeant qui quantùm ad nocendum valeant* [5], *experimento didicimus.* Atqui videmus quàm procul absint ab omni studio consensionis, ne dicam opis ferendæ, nisi mihi Dominus eos, præter hominum spem, subitò conciliaverit. Quid futurum putas, si ministros suos à communione mea arceant, quod olim fecerunt [6]?

Adde quod mihi majus ac difficilius certamen erit cum collegis quàm cum extraneis. Quid unius hominis opera poterit, tot undique impedimentis fracta? Atque *ut verum fatear, etiamsi omnia valde expedita mihi forent, nescio qua tamen desuetudine oblitus sum artes regendæ multitudinis* [7]. Mihi hîc cum paucis negocium

[3] A comparer avec la lettre de *Simon Grynæus* à Calvin écrite vers le 4 décembre 1537 (t. IV, p. 329, renvois de note 14, 15).

[4] Ici commence un passage supprimé par Théodore de Bèze, et qui se termine par ces mots : « *quod olim fecerunt.* »

[5] Allusion aux Bernois.

[6] Voyez la lettre de Calvin à Bucer du 12 janvier 1538 (IV, 349, 464).

[7] La petite église française de Strasbourg, composée en majeure partie de réfugiés des Pays-Bas et de la France, devait être beaucoup plus

est, et quorum pars major me non tantùm ut pastorem audit, sed ut præceptorem observat. Dices me nimis esse delicatum, qui his blanditiis delibutus nullam asperiorem vocem nunc audire sustineam. Falleris verò, si hæc putas; sed cùm paucis atque his nonnihil obsequentibus bene præesse mihi arduum sentiam, ad tantam multitudinem continendam quì sufficerem? *Quo autem consilio me revocent, vix audeo apud me æstimare :* nam si sincero animo ducuntur, cur me potiùs quàm eum[8] cujus ministerium non minùs necessarium ad instaurandam ipsorum ecclesiam esset, quàm principio ad eam fundandam fuit? Quid si me ideo vocant ut *vicinis* sint ludibrio[9], quòd sint ab iis destituti, quorum subsidio freti nos ablegare ausi fuerant[10]?

Neque tamen ista omnia officiunt[11] *ne vocationi obtemperem. Nam quò magis ab illa provincia animus meus abhorret, eò magis mihi sum suspectus.* Itaque nec mihi de ea re[12] deliberare permitto, et à nostris peto ne me in consultationem adhibeant, ac quò liberiùs sinceriusque statuant, magna ex parte istos cordis mei æstus dissimulo. Quid facerem? Malo enim prorsùs cæcutire, ut me ab aliis regi patiar, quàm lippitudini meæ temerè fidendo aberrare. Porrò si te interrogem, quorum maximè arbitrio permittere me debeam, *respondebis, nisi fallor, non alios esse ad consulendum mihi magis idoneus, quàm Capitonem et Bucerum. Quid autem illi sentiant audisti ex ipsorum ore*[13]. Utinam diligenter fra-

facile à gouverner que celle de Genève. *Calvin* disait en avril 1539 : « Habeo, fateor, hîc mea certamina, et ea quidem ardua : sed quibus exercear, non adobruar.... Sive hîc maneo, sive migro, multæ semper curæ, molestiæ, difficultates mihi instant » (V, 291, à comparer avec les pp. 192, 193 du présent volume).

[8] *Farel* lui-même, que les Genevois ne voulaient pas rappeler (p. 217, renv. de n. 7).

[9] Nouvelle allusion aux Bernois. — Au lieu de *ut vicinis*, le texte publié par Bèze porte *ne illis*. Ailleurs, plusieurs mots ont été transposés, d'autres lus de travers.

[10] En disant cela, *Calvin* ne tenait aucun compte du regret exprimé par MM. de Berne le 27 avril 1538, et des démarches qu'ils avaient faites à *Genève*, un mois plus tard, en faveur des ministres exilés (IV, 428, renv. de n. 6; V, 13-16, 25, 26).

[11] Texte de Bèze : *efficiunt*.

[12] Ibidem, *debere* deliberare.

[13] Calvin ne fait pas allusion à un avis que *Bucer* et *Capiton* auraient exprimé, au mois de juin ou de juillet, en présence de *Farel*. Il s'agit ici, évidemment, de la réponse orale que les ministres strasbourgeois avaient

tribus exponas, ac illi nullo præjudicio occupati seriò expendant. Summa hæc sit : *Nihil hîc astutè me agere coram Domino testor, nec rimas scrutari quibus effugiam. Siquidem ut Genevensi ecclesiæ prospectum cupio, ita malim vitam centies exponere, quàm eam deserendo prodere.* Sed quoniam ad reditum animus non sponte inclinat, paratus sum eos sequi quos mihi fidos ac tutos duces fore bona spes est.

Cæterùm non est quòd ante finem *conventus Wormaciensis* laborent de me recipiendo [14], quando legatum nondum miserunt [15]. Die Dominico habebitur hîc publica supplicatio per omnia templa. Lunæ solvemus [16]. Vos etiam sanctis precibus nos ad certamen hoc sustinendum adjuvate. Quid moliantur *adversarii nostri* palàm est, nempe, ut omnes Imperii ordines in nostram perniciem arment. Quibus autem artibus nos adoriri instituerint, incertum est. Quidquid tamen habent calliditatis in hac postrema actione explicabunt. Vale, optime et integerrime frater. Saluta omnes amicissimè, *Corderium, Thomam, Fatonum, Clericum* [17] et reliquos. Omnes nostri tibi et illis bene precantur. Argentor. 21 Octobr. 1540 [18].

CALVINUS tuus.

donnée, vers le 10 octobre (n. 2), au réformateur de Neuchâtel. Autrement, ce vœu de Calvin : *Utinam diligenter.fratribus exponas* ne se comprendrait plus. Se figure-t-on *Farel* gardant pour lui seul, pendant près de trois mois, des choses qui devaient intéresser si vivement ses collègues? Son voyage à *Strasbourg* dans la première quinzaine d'octobre nous semble donc un fait constaté. Si nous l'avons omis plus haut (p. 269, n. 10), c'est qu'il nous restait quelque doute.

[14] Les auteurs des lettres adressées de Neuchâtel à Calvin le 1er octobre (Nos 894-896) ignoraient la réunion prochaine de la diète impériale à *Worms*, et l'obligation de s'y rendre qui serait imposée à *Calvin*. *Bédrot* écrivait de Strasbourg le 16 octobre à Oswald Myconius : « Ad 28 Octobris, ut nosti, *Wormaciæ* convenient utriusque partis collocutores. Nostri mittent *Capitonem*, *Bucerum*, *Calvinum* et *Sturmium*, cum legatis senatoribus *Jacobo Sturm* et *Matthæo* [l. *Matthia*] *Pfarrer* consule. Mittent et alii confœderati suos doctos » (Mscr. autogr. Arch. de Zurich. Voy. Calv. Opp Brunsvigæ, XI, 90).

[15] Il y eut, en réalité, trois députés du Conseil de Genève, qui partirent successivement : Le libraire *Michel du Bois* (Voyez N° 901, n. 12), *Ami Perrin* et *Loys Dufour* (N° 900, n. 1).

[16] Lundi 25 octobre.

[17] *Fratruum*, dans le texte de Bèze. Voyez sur *Claude Clerc*, p. 100, n. 95.

[18] Et non le *27* octobre, comme l'indique la traduction anglaise.

899

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Lausanne, 22 octobre 1540.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 111 a. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 93.

S. Sic novi animum tuum ut non valde necesse esse putem meis te literis hortari ac impellere, id ut facias quod pii omnes non cupiunt solùm, sed votis ardentissimis efflagitant, tibi ut persuaderi sinas, si modò restitui optes pristino statui et aliquando florentem ac incolumem videre miseram illam ecclesiam adeò collapsam, laceram et dissipatam, ut nemo sit bonus quem non angat incredibiliter, in luctu atque mœrore detineat tanta calamitas : *adeò immutata urbis facies, ruina tam desperabilis, nisi tuos supposueris humeros.* Nam nullum potuimus consilium remediumque præsentius excogitare, neque nobis via ulla alia patet commodior et quæ plus faciat spei viris probis, qui aliquo suo studio veteres ruinas conantur erigere et ecclesiis consulere.

Sed quid mei oblitus instituti huc delapsus sum, id agens quod me principio facturum negaveram, quasi te, quem res tanta, tam lugubris et funesta non permoveat, mea oratio accendat? quem non paternus trahat affectus, mea loquacitas impellat? Idcirco *tecum verbosiùs agere non statui, aut de statu rerum nostrarum prolixiorem texere Iliada, nihil addubitans quin facilè vim tuis facias affectibus, te vinci patiaris, obsequaris piis fratrum consiliis, ut tuos revisas filios quos Christo Domino genuisti fovistique, nihil moratus quorundam ingratitudinem, improbitatem barbariemque plus quàm scythicam.* Age igitur, charissime frater, da operam ut brevi meum expleas desiderium quo flagro tui videndi, et tuo adventu in squalore, luctu et mœrore jacentem ecclesiam erigas, exhilares, recrees et reficias.

Saluta, obsecro, fratres omnes, præcipuè Do. *Capitonem, Bucerum, Sturmium* et reliquos tuos symmystas et bonarum literarum

professores. Salutant te nostri omnes quàm officiosissimè, qui pari mecum tenentur desiderio. *Diaconus noster*[1] laborat ex morbo periculosissimo, cujus gratia non parùm sum anxius, metuens ne eum nobis Dominus auferat. *Hymbertus*[2] quoque nonnihil afflictatur. Reliqui omnes rectè valent. *Cunradus*[3], *græcus professor, proficiscitur in Montempessulum*[4], quo fit ut simus de alio substituendo soliciti. Tu si quid hac in re habes consilii, et nos juvare queas, negocium habeto commendatum[5]. Vale. Lausannæ, 22. Octob. 1540.

Tuus ex asse P. VIRETUS.

(Inscriptio :) Doctissimo ac verè pio Jo. Calvino, fratri et amico singulari. Argentinæ.

[1] Les nouveaux éditeurs de Calvin se sont trompés en conjecturant qu'il s'agissait ici de *Jacques Valier*. Il ne devint diacre de Lausanne qu'en 1545. Nous n'avons pu établir avec certitude la série de ses prédécesseurs. Le premier fut *Jacques Foles*, qui disparaît de la scène en 1538 (p. 203, n. 5, et t. IV, p. 279, n. 2). Le nom du deuxième, qui décéda vers la fin d'octobre 1540, nous est inconnu. Le troisième s'appelait *Fontesius*.

[2] *Imbert Paccolet*.

[3] *Conrad Gesner* (V, 333-336). Dans sa *Bibliotheca universalis*, 1545, f. 180 b, il parle en ces termes de son séjour à Lausanne : « Jam annus Basileæ mihi abiverat, et statim obtulit se mihi conditio Græcas literas profitendi *Lausannæ* ad lacum Lemannum, liberale stipendium largiente magnifico senatu Bernensi. Triennium igitur [1537-1540] illic docui, et in familiaribus doctorum piorumque hominum, *Petri Vireti*, *Beati Comitis*, *Himberti* professoris Hebraici, *Joannis Ribitti*, qui mihi successit, et aliorum amicitiis jucundissimè vixi. Sed cum à puero ingenium meum in medicinæ studium proclive ferretur.... et semper succisivis horis libenter in medicorum libros divertissem, et patroni studiorum qui stipendiis *Tiguri* præsunt me ultro currentem instigassent, visum est *Montempessulanum*, medicinæ nomine celeberrimum, adire. »

Avant de quitter Lausanne, *Gesner* avait achevé un nouvel ouvrage de botanique, dont la dédicace à son ami Henri Billing est datée : « Lausannæ, IX Augusti » (1540). Voyez l'ouvrage intitulé : « Historia Plantarum et vires ex Dioscoride, Paulo Ægineta, Theophrasto, Plinio et recentioribus Græcis, iuxta elementorum ordinem, Per Conradum Gesnerum Tigurinum. Basileæ, Apud Robertum Wynter, 1541, » VIII et 296 pp. très petit in-8°. — Conrad Gessner von Joh. Hanhart. Winterthur, 1824, p. 67-80.

[4] *Montpellier*.

[5] Viret semble ignorer que *Jean Ribit* aspirait à la chaire de grec. Celui-ci ne l'obtint que le 29 janvier 1541, et *Viret* donna provisoirement les leçons de grec pendant les mois de novembre et décembre 1540.

900

LE CONSEIL DE GENÈVE à Jean Calvin, à Strasbourg.
De Genève, 22 octobre 1540.

Manuscrit original. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 109. Henry. Calvins Leben, I, Append. p. 77. J. Bonnet, o. c. I, 32. Calvini Opp. Brunsv. XI, 94.

Monsieur nostre bon frère et singulier amy, très affectuosement à vous nous recommandons. Pource que [nous] sumes entièrement informés que vostre desyr n'est aultre synon à l'acroyssement et avancement de la gloyre et honneur de Dieu et de sa saincte parolle, — de la part de nostre Petit, Grand et Général Conseyl, lesqueulx de cecy fère nous hont grandement admonestés [1], — *vous pryons très assertes vous volloyër transporter par devers nous et en vostre prestine plache* [l. *place*] *et ministère retourner*. Et espérons en l'ayde de Dieu que ce seraz un grand bien et fruyct à l'augmentation de la saincte Évangile. Voyeant que nostre peuple

[1] Il y a quelque intérêt à reproduire ici les termes mêmes du Registre de Genève : « Mardi 19 Octobre 1540. (En Conseil des Deux Cens.) Affin que l'honneur et laz gloyre de Dieu soyt avancé, az esté résoluz que l'on cherche tous les moyans qu'il seraz possible pour havoyër pour prédicant Maystre *Caulvin*. — 20 Octobre. (En Conseil Général.) Pour l'augmentation et l'avancement de la Parolle de Dieu, az esté ordonné envoye[r] querre à *Estrabourg* M. *Jehan Calvinus*, lequelt est bien sçavant, pour estre nostre [prédicant] évangélicque en ceste ville. — 21 Octobre. (En Conseil ordinaire.) Icy az esté advisé de envoier querre M. *Caulvin* pour estre prédicant en ceste ville, et az esté députez pour il allez le S[r] *Amy Perrin* avecque ung héraud, et que l'on doyge escripre az *Berne*, az *Basle* et *Estrabourg*, pour obtenyr licence des dicts Seigneurs d'Estrabourg d'avoyër le dict prédicant. — 22 Octobre. Az esté advisé de fère requeste [à] *Estrabourg* pour havoyër Maystre *Caulvin* pour prédicant icy, et az *Berne* pour havoyër lectres de recommandation... et az esté député pour il aller fère le message et l'ambassade le S[r] *Loys du Four* avecq ung héraud, et az esté député *Baudesard* pour héraud. »

grandement vous desire. Et ferons avecque vous de sorte que aurés occasion vous contenter. Actum 22 Octobre 1540.

Vous bons amys

Les Sindicques et Conseil de Genève.

(Suscription :) Au Docteur Caulvin, ministre Evvangélique, nostre bon frère et singulier Amy [2].

Instructions az nostre très chier et bien-aymé frère consellier, noble Loys Dufour, az luy balliés le 22 octobre 1540 [3].

Luy estant az *Berne,* fère nous humbles recommandations aux Magniffiques, Puyssans et très redoublés Seygneurs, Messieurs l'Advoyer et Conseyl de Berne, nous grans amys et très chiers combourgeoys, et délyvre[r] laz lectre de nostre part et inster d'havoyër lectres de recommandations adressantes à laz Seygneurie d'Estrabourg, pour induyre Maystre *Caulvin* az retorner en saz prestine plache et ministère en nostre ville.

Plus, estant az *Neufchâtel,* fère nous recommandations az Maystre *Guillaume Farel* et lui deslyvre[r] laz lectre, et, oultre icelle, le prier de volloyër [se] transporter [à] *Estrabourg* avecques luy, pour induyre le dictz *Caulvin* comment dessus.

Et dempuys, estant [à] *Estrabourg,* deslyvrer laz lectre de nostre part aut Conseyl et fère nous très humbles recommandations avecques l'offre des services, etc., et inster le contenus de la dicte lectre avecques puyssance de fère toutes requestes raysonnables pour admonester le dictz *Caulvin* comment dessus.

Et au dictz Docteur *Caulvin* fère nous recommandations, etc., et luy deslyvre[r] laz lectre, et oultre icelle le prier az fère le contenus, avecques remonstrances de l'affection que nostre peuple luy porte et du grand bien que en pourroy procédyr, etc.

[2] Le manuscrit porte le sceau de la République.

[3] *Louis Dufour* était membre du Conseil des Deux Cens. — Cette pièce est imprimée à la p. 245 de l'ouvrage intitulé : Les Archives de Genève, par F. Turrettini et A.-C. Grivel, 1877. — Voyez au 2 novembre le rapport de Louis Dufour.

901

JEAN CALVIN au Conseil de Genève.
De Strasbourg, 23 octobre 1540.

Manuscrit original. Signature autographe. Arch. de Genève. Ruchat, o. c. V, 515. J. Bonnet, o. c. I, 29. Calvini Opera. Bruns. XI, 95.

Magnificques, nobles et honnorables Seigneurs.

Combien que oultre les lettres qu'il vous a pleu de m'envoyer[1], vous eussiez donné charge au porteur[2] de me déclairer plus amplement de bouche vostre bon voulloir, et qu'il ne me ait pas trouvé au lieu où il me pensoit trouver pour accomplir son messaige, toutesfois par icelles j'ay suffisamment entendu la somme de vostre intention. *Pour responce, je vous puis testifier devant Dieu que j'ay en telle recommendation vostre egglise que je ne vouldroys jamais défaillir à la nécessité d'icelle, en tout ce que je me pourroys employer.* Or maintenant je ne doubte pas qu'elle ne soit fort désolée, et en dangier d'estre encor dissipée d'advantaige, sinon qu'elle soit subvenue. Et, à ceste cause, je suis en merveilleuse perplexité, desirant de satisfaire à vostre demande, et m'efforcer de toute la grâce que Dieu m'a donné de la réduyre en meilleur estat : et,

[1-2] Comme l'a remarqué M. Théophile Dufour (Notice bibliogr. 1878, p. 98, 99), Calvin fait ici allusion à une lettre du Conseil datée du 13 octobre, et qui est perdue. Elle avait été apportée à *Strasbourg* par le libraire *Michel du Bois*. On lit, en effet, dans le Registre du Conseil de Genève, à la date susdite : « Quant [est] des ministres, az esté parler et arresté de rescripre à Maystre *Calvin* une lettre le priant de nous vouloir assister, et nous dire le moyans par lequelt nous puysse acssisté, et luy envoier *Michié de Boys*, comme de nostre part envoés, avecq lettres et instructions de luy fère les recommandations et à ses amys, yceulx priant de [le] persuader de venir, et nous mandé les dictz moyans, et aultrement comme est contenus en la lettre et instructions. »

Les éditeurs des *Calvini Opera*, trompés par l'abominable écriture du secrétaire genevois, Pierre Ruffy, ont lu *M. de Loys*, au lieu de *M. de Boys* (Calv. Opp. XXI, 266).

d'aultre part, je ne puis pas légièrement quicter la charge en laquelle le Seigneur m'a icy appellé, sans qu'il m'en délivre par bon et légitime moyen. Car j'ay ainsin tousjours creu et enseigné, et ne me puis encores de présent aultrement persuader, que quand Nostre Seigneur constitue ung homme pasteur en une egglise pour l'enseigner en sa Parolle, qu'il se doibt penser estre comme attaché au gouvernement d'icelle, pour ne s'en point facilement retirer, sans avoir certitude en son cœur et tesmoignage devant les fidèles, que le Seigneur l'en a deschargé. *Oultre plus, il a esté ordonné par Messieurs du Conseil de ceste ville que j'yrois avecques aulcuns de mes frères à l'assemblée de Wourmes, non-seulement pour servir à une egglise, mais à toutes, au nombre desquelles la vostre est comprise. Je ne m'estime pas estre de tel sçavoir ne prudence, ne exercice, que je puisse estre là fort utile; mais puis qu'il est question d'une affaire de si grande conséquence, et qu'il a esté ordonné non-seulement par le Conseil de ceste ville, mais aussy par aultres*[3] *que je viengne là pour me présenter à tout ce où il plairoit à Dieu de m'employer, je suis contrainct de suyvre, et ne puis, en saine conscience, négliger ceste vocation.*

Me voyant doncques en tel trouble et incertitude, j'ay communicqué voz lettres aux principaulx pasteurs de ceste egglise, lesquelz ont tousjours aymé singulièrement vostre bien et ædification, et désireroient de tout leur cœur de vous ayder selon leur pouvoir, tant en cest endroict comme partout. Nous avons advisé ensemble, que puisque il me fault faire ce voyage, *s'il vous plaisoit en attenuant appeller nostre frère Maistre Pierre Viret, vostre egglise ne seroit point destituée,* car il ne seroit point nouveau entre vous, et auroit telle affection envers vostre egglise comme celluy qui l'a ædifiée dès le commencement. Ce temps pendant, Nostre Seigneur nous fera ouverture d'une part et d'aultre, comme nous espérons, selon que vostre nécessité requerra lors, et que vous congnoistrés estre expédient. *Je vous promectz de ne rien reffuser de ce qu'il me sera licite, mais de m'employer à vous faire service, tant qu'il me sera permys de Dieu et de ceulx lesquelz il me commande d'escouter.*

A tant, Magnificques, Nobles et honnorables Seigneurs, après m'estre humblement recommandé à voz bonnes grâces, je supplie

[3] Allusion aux *Bâlois*, dont les députés à Francfort avaient élu *Calvin* (avril 1539) pour représenter, avec Boniface Amerbach et Simon Grynæus, la ville de *Bâle* au colloque de Nuremberg (p. 38-39, notes 14-15).

le Seigneur Dieu de vous conserver tousjours en sa saincte protection, multipliant de jour en jour ses biens et dons en vous, et faisant que servans à la gloire de son nom, vous puissiez tousjours prospérer. De Strasbourg, ce xxiii d'Octobre 1540.

Vostre humble serviteur

JEHAN CALVIN.

(Suscription :) A magnificques et honnorables Seigneurs Messieurs les Syndicques et Conseil de Genève.

902

LES PASTEURS DE STRASBOURG au Conseil de Genève.

De Strasbourg (23 ou 24 octobre 1540).

Minute autogr. de Bucer. Arch. du séminaire prot. de Strasbourg. Missive. Arch. de Genève. Calvini Epp. et Resp. 1575, p. 25. Calvini Opp. Bruns. XI, 97.

Gratiam et pacem a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo precamur vobis in dies magis confirmari et augeri, viri prudentissimi et cordatissimi Dominique observandi.

Exhibuit nobis vestras ad se literas Calvinus[1], *symmysta et frater noster charissimus et colendus, quibus rogatis ut ecclesiæ vestræ desolatæ consilium salutare adferat, quo ritè et ex sententia Christi restitui et confirmari queat.* Gratulamur hunc animum vobis, quòd hunc vestrum olim fidum ministrum respicitis ejusque uti consilio statuistis. Verè enim Christus ipse contemnitur et injuria afficitur, ubi tales Christi ministri rejiciuntur et indignè tractantur. Bene itaque nunc habent res vestræ, dum Christum in hoc præclaro ejus organo rursus agnoscitis. *In eo certè hic animus perpetuò illi perstitit, ut saluti vestræ consulere cuperet, etiam si non labores modò maximi, sed etiam sanguis insumendus esset.*

[1] C'est-à-dire la lettre du Conseil de Genève datée du 13 octobre (Voyez N° 901, n. 1-2). *Michel du Bois*, avait dû arriver à *Strasbourg* le 21 ou le 22.

Nunc autem quid faciat non solùm ille, sed nos quoque (quibus inconsultis, etiamsi id non oporteret, hactenus nihil magni fecit) non videmus. *Cras aut post biduum abeundum ei nobiscum Wormaciam est*[2] *ad colloquium de religione, quod Imperator et rex Ferdinandus cum Principibus Germanicis instituit,* ad quærendam concordiæ restituendæ inter Ecclesias viam et rationem. Sicque res comparatæ sunt, ut nisi hoc colloquio via ista et ratio inventa fuerit, expectanda sit nobis satis gravis rerum Germanicarum perturbatio. At religione in *Germania* profligata, verendum ut et alibi affligatur. *Non videtur igitur consultum, ut Calvinus rescindat vocationem Domini, qua ad hoc colloquium deputatus est. Id speramus vos ipsos quoque agnituros. Ne autem interim ecclesiæ vestræ aliquid gravius accidat, visum est Calvino et nobis è re vestra fore, si opera Farelli et aliorum impetretis a Vireto, viro verè pio, prudente et cordato, ut Lausanensi ecclesia fideli alicui vicario interim commissa, apud vos ecclesiam Christi sustineret et instauraret, donec institutum illud Wormaciense colloquium finiretur.* Tamen volente Domino, hoc est, si non obstet gravius et quod in aliud tempus rejici nequeat negotium ecclesiarum, aliqui ex nostris ad vos venire ipsi vellemus, et præsentes id consulere cum *Calvino,* et agere quod possemus cognoscere ecclesiæ vestræ profuturum. Hoc est quod nunc dare vobis consilii, et operæ quod offerre vobis in præsenti possumus. Id ut boni consulatis rogamus. Nam *certè ecclesiam vestram maximi facimus : ut quæ rectè constituta lucem Christi in Italiam et Galliam inferre fœliciter possit.*

Id[3] *autem ut consequi liceat, hortamur vos in Domino, ut cum clarissimis Dominis Bernatibus, et inter vos ipsos, restituere et confirmare veram animorum consensionem studeatis.* Utrinque enim Christum profitemini. At in hoc cognoscitur quòd Christi discipuli sumus, si diligamus nos invicem. Quid etiam Dominus per *Bernates* vobis et vestrî occasione ipsis præstiterit, memores esse utrinque debetis, et sicut vos Dominus conjunxit, præstando utrisque per utrosque tam grande beneficium, ita studendum etiam utrisque

[2] Calvin écrivait à Farel le 21 octobre : Nous partirons *lundi* (25 octobre) pour *Worms* (N° 898, renv. de n. 16). La présente lettre, écrite la veille ou l'avant-veille du départ, doit par conséquent être datée du 23 ou du 24.

[3] Théodore de Bèze a supprimé tout ce paragraphe, jusqu'à *adhibeatis*, parce qu'il ne voulait pas renouveler le souvenir des différends qui avaient existé entre *Berne* et *Genève*.

est, ut se organa hujus divinæ beneficentiæ mutua charitate Domino servent, et istam beatam adeò conjunctionem toto pectore colant. Hoc studii si Dominus vobis dederit, multæ non videbuntur injuriæ quæ nunc habentur gravissimæ. Tum nulla injuria tam gravis erit, nedum videbitur, quam non libeat condonare, modò vera in Christo consensio retineatur. *Hæc det Dominus perpendere vobis, ut qui sic conjuncti divinitus estis, ut si vos mutuò ametis et juvetis* [4], *utrinque florere et augeri modis omnibus possitis, distracti non perire non possitis.* Concordiam verò, et inter vos ipsos et cum clarissimis Dominis *Bernatibus,* restituere et confirmare summo studio operam detis, lucrum putaturi quicquid, ut ista tam necessaria concordia vobis conservetur et perstet, dissimulandum, ferendum, concedendum sit, salvo tamen regno Christi. Quanquam non dubitemus, facilè obtineri posse, ut nihil imponatur iniquum aut noxium, modò animi non exacerbentur et vera remedia quærantur atque adhibeantur.

daturum sit adhuc ampliùs, et certè *ut Calvinus ipse donis quæ habet amplissima tantùm ecclesiis, postquam à vobis discesserit, commodarit, ad id hoc ipsum ecclesiæ nostræ institutum tamen aliquid contulit.* Quò igitur alibi minùs est hujus sanctæ et necessariæ pro ecclesiis solicitudinis, hoc magis enitendum omnibus, ut id quod apud nos Dominus quantulumcunque sit excitavit, conservemus et provehamus. Ad hanc verò rem dedit Dominus *Calvino* quàm plurimùm conferre, adeò ut neminem uspiam sciamus quem ei vel aliqua spe, non dico paris, sed aliquantulùm accedentis ad eam quam ipse prestitit utilitatis, sufficiamus. Interim verò nos, qui in hac relinquimur ecclesia, senio, morbis ac laboribus fracti, non solùm quod ecclesiarum necessitates tam multæ et variæ[5] requirunt, sed nec id quod hactenus utcunque prestitimus, sustinere poterimus. Id autem verendum, ut ecclesiis multò majus damnum det, quàm nunc omnes perpendimus. In tam sancta igitur et neccessaria vocatione *Calvinus* cum sit, certè non est rejicienda ei, nisi admodum clarè videat, quòd majorem possit apud vos ecclesiis Christi utilitatem adferre. De hoc itaque illi et nobis diligenter inquirendum est, ne abjiciens certum et amplectens incertum Dominum tentare videatur.

Jam licet de vocatione vestra sic statuamus, ut eam vobis gratulemur, tanquam eam qua, ut diximus, non partem ministerii Christi, sed totum ministerium, idque non tepidum sanè vel ignavum, sed ardens et satagens restitui vobis queratis, *tamen est certa tradita in Scripturis ratio, qua Calvino explorandum sit, si ipse is sit per quem velit Dominus apud vos regnum suum tueri et amplificare.* Dubitari enim non potest, si debeat id prodesse apud vos quod per dona quæ a Domino habet, potest necessariò requiri, ut non solùm à vobis, sed etiam à vicinis vobis, et maximè *Bernatibus* ministris ecclesiarum, expetatur. Hinc in veteribus canonibus constitutum legimus ut episcopus etiam injuria à suis pulsus, non restituatur tamen, nisi vicinorum episcoporum judicio, per quos id scilicet curetur, ut sic munus suum repetat, assentientibus et sese Christi disciplinæ tradentibus omnibus quorum id interest, ne facilè novæ offensiones incidant. Atqui istam explorationem nunc obtinere non potest : quocirca rogamus et obtestamur vos in Domino, ut quod certum nunc nec ipsi consulere nec ille statuere de vestra vocatione potuimus, boni consulatis, agnoscentes, id

[5] Dans les deux copies et dans l'édition citée, *tam multa et varia.*

nullo certè vocationis vestræ contemptu, sed religione Domini necessaria fieri. *Ne* autem *hæc mora vobis fraudi sit, hortamur vos in Domino, ut nihil prætermittatis quò Vireti,* viri ut ad Christi ministerium utilis, ita sanè et vestris necessitatibus accommodatissimi, *opera interim, dum Calvinus certum aliquid constituere queat,* [*uti*] *possitis.* Qua de re et nos ad magnificos Dominos et Senatum ac etiam fratres nostros ejus ecclesiæ ministros literas fecimus [6], ea certè spe, ut si unà instetis, fore vos voti compotes nobis polliceamur.

Præterea et istuc oramus Dominum, ut postquam vobis tantum regni sui desiderium restituit, etiam largiatur, ea omnia apud vos submoveri et extingui quæ instaurationi regni sui quoquo modo obstare queant. Vos quoque per Domini gloriam et salutem vestram rogamus, hac in re Domino vos, cunctis humanis affectibus repressis, accommodetis. Ut igitur nec ipsi dubitare potestis, vix aliud æquè restituendo apud vos regno Christi obsistere, atque *intestinum civium vestrorum et sociale cum Bernatibus dissidium,* ita vos per hoc ipsum Domini regnum, ex quo cuncta expetenda vobis constabunt, obsecramus et obtestamur, ut totis in hoc viribus incumbatis quò utrumque [7] dissidium extinguatur penitùs et aboleatur. Audimus *admodum magnum numerum esse exulum, qui vel pulsi urbe vestra sunt, vel ultro eam reliquerunt* [8]. Hi certè, cum Christum non plenè habeant in se viventem, non poterunt non dies noctesque cogitare et moliri, non solùm ut sedem et res suas repetant, sed ut se etiam de iis ulciscantur quos suæ calamitati causam dedisse arbitrantur. Et Dominus talium conatus tum demum reprimit, cum nos bono vincere illorum malum studemus, [dum] de illis ex misericordia, quale scilicet a Domino nobis petimus, judicium facimus, dum Christi denique spiritum sequimur, qui non perdere, sed servare homines etiam

[6] C'étaient évidemment des lettres adressées aux Seigneurs et aux ministres de *Berne*, et non au Conseil de *Genève*, comme les éditeurs de Calvin le disent, t. XI, p. 113, note 8. Voyez le N° 920, note 6.

[7] Dans la copie de Berne, *utrinque*.

[8] Allusion aux trois députés *articulants* et au syndic *Étienne Dadaz*, lesquels s'étaient retirés sur le territoire bernois. « Plusieurs autres citoyens allèrent demander aux pays voisins une sécurité qu'ils ne trouvaient plus dans leur ville natale. Leurs noms furent proclamés à son de trompe, avec menace de séquestration de leurs biens s'ils s'obstinaient à demeurer éloignés » (Voy. p. 199, 242, 273. — A. Roget, o. c. I, 256, 257).

peccatores satagit. Fatemur, periculosum est factiosos cives in republica admittere. At cum illi tamen cives sint, et nostri adeoque multi (nam et multitudo delinquentium semper causam præbet humanas pœnas mitigandi), danda opera est ut clementia et misericordia animos nunc factionis morbo infectos, amantes reipublicæ faciamus. *Quamlibet feroces sint et factiosi, malent tamen, vel hoc exilio humiliati, si tolerabilibus conditionibus recipiantur, moderatos et legibus obsequentes cives prestare, rebus suis et familiis fruentes, quàm his destituti et exilii calamitatibus pressi tantùm moliri ut vobis noceant.* Et nisi malum inimicorum nostrorum vinci nostro bono posset, ad id nos Dominus per apostolum suum et alios non esset hortatus, nec clementia roborari thronum regis dixisset, per regem sapientissimum, si clementia seditiosis daretur causa nocendi potestatibus legitimis. Cicero spiritum Christi non habebat : ea tamen luce, quam Dominus ethnico animo infuderat prudentissimè Romanis suis consulebat, cum factiones in ea republica invaluissent, ut eas perpetua omnium injuriarum condemnatione et oblivione consopirent. Et certè rempublicam illam servasset, si suum consilium obtinere potuisset. *Precamur itaque vobis hanc mentem a Domino, ut tum publicas, tum privatas injurias exulibus vestris ex animo condonetis, nisi sint quibus citra oblesionem justiciæ Dei illæ condonari non debeant;* tum ut vias queratis promovendi illos ut suam insolentiam atque iniquitatem etiam agnoscant; deinde ut optimis legibus et viris, qui eas leges optima fide exequantur, rempublicam vestram sic firmetis quò minima sit malis civibus turbandi occasio; denique ut, postquam exules ad agnoscendam culpam suam promoveritis et administrationem civitatis vestræ cum legibus, tum legum ministris magistratibus communieritis, petentibus veniam exulibus haudquaquam negetis, sicque eos restituatis, ut Evangelicum in vobis animum et verum quærendi salutem hominum studium sentiant : quæ res sanè rempublicam ab illorum vel aliorum malis conatibus tutissimam reddet. Nam ut illos ista vestra evangelica mansuetudo non corrigat [9], Dominus tamen, qui civitatem non frustra custodit, molitiones illorum malas nullo negotio repellet, et efficiet ut sentiatis misericordiam vestram omni studio prestitam vobis nunquam fraudi futuram. Ea in re eorum ratio habenda est [10] quos adhuc intra menia

[9] Édition de Brunswick : *corriget*.

[10] Dans les deux copies et dans les *Calvini Opera*, on lit ici : « Ea in

vestra habetis, amicos et necessarios illorum exulantium, quos clementia ista sic vobis devincietis, ut et ipsi invigilaturi sint ne quid *sui* porrò peccent, proque etiam [11] hoc in suis accepto à vobis beneficio, permitti [l. permulti?] se præstare cives fideliores et obsequentiores dabunt operam.

Eodem Christi spiritu et avertenda erunt quæ a Magnificis Dominis Bernatibus molesta incidunt. Cogitandum hîc erit, quid per hos vobis Dominus prestiterit. Certè enim ex faucibus leonis horum vos opera eripuit, utque Evangelii et civili libertate fruamini, horum sanè ministerio consequuti estis. Quare etsi, sicut homines sunt, et multi homines pleraque in nos [l. vos?] statuissent aut statuerent non tam humaniter quàm cupitis, haud tamen ulla potest esse injuria, quæ salva religione Christi ferri queat, quam non meritò illis condonetis, cogitantibus [l. cogitantes] quanto vos antè beneficio affecerint. Jam *non est* [*etiam*] *illi præclaræ reipublicæ imputandum quòd pauci aliquando vel imperitia vel etiam malitia peccent.* Eam adhuc illi gravitatem et æquitatem præstiterunt, ut nos haudquaquam dubitemus, si de rebus omnibus ritè et moderatè doceant[ur], eos ita se temperaturos, ut futurum ab iis non sit de quo magnopere queramini. Attamen *et illud cogitandum est, Dominum solere nonnunquam per eos ipsos nostram tentare patientiam, per quos singularibus nos cumulavit beneficiis. Fecit Dominus occasione vestræ necessitatis ut et Domini Bernates, propter auxilium vobis latum, immortale decus et ingentem etiam utilitatem perciperent, et vos eo auxilio religionem libertatemque confirma*[*re*]*tis, et opes quoque non contemnendas con*[*se*]*queremini, è summo discrimine erepti, in quo tot jam annos miserè et periculosè conflictati eratis. Sicut itaque utraque urbs alteri instrumentum extitit maximorum Dei beneficiorum, ita visum* [*nunc*] *Domino est, ut altera alteri etiam organum sit cujusdam probationis,* sed ut, si hanc christiana prudentia et modestia excipiatis, rursus Dominus utriusque ministerio ad augendam et ornandam utramque præclarè usurus sit.

Hoc consilium Domini perpendetis, et ei vos religiosè accom-

re eorum, *quorum* ratio habenda est, etc. » La suppression de *quorum* suffit pour rendre la phrase intelligible.

[11] Ibidem : *proque se etiam.* Nous croyons que les deux copistes, embarrassés en présence des ratures de l'original, n'ont pas mis le mot *se* à sa vraie place, et que Bucer, à la fin de la phrase, avait substitué *permulti se præstabunt cives fideliores* à cette forme moins correcte : *permulti se præstare cives fideliores... dabunt operam.*

modabitis, semper cogitantes Dominum eos exaltare qui sese humiliant, et reddere centuplum pro eo quod pro ipsius gloria relinquimus. *Non potest non maximam Evangelio ignominiam adducere, si ita cum Dominis Bernatibus dissentiatis, et occasionem detis ut hostes Christi jactent : En spiritum novi evangelii! Bernates destruere conantur quos jactabant se Christo [vindicasse et servasse. Genevates exercent inimicitiam cum consortibus evangelii sui, cumque iis per quos se Christo*[12]] *restitutos gloriabantur.* Proinde si, causa hujus offendiculi depellendi et necessariam inter has urbes amicitiam retinendi et confirmandi, aliquid de jure vestro concediitis, id indubiè Dominus centuplum etiam hîc rependet. Nam ut Dominus tot vos vinculis sanctæ conjunctionis conjunxit, ita nihil facietis [ei] gratius quàm si hanc vestram conjunctionem colatis et firmam reddere studeatis. Et væ homini qui disjunxerit quos ita Deus conjunxit! *En ipsi videtis quàm non appareat ullum hodie instrumentum aliud, quo religionem et libertatem vobis conservare Dominus velit, quàm soli Bernates. Qui enim cum Christo non faciunt, certè contra eum faciunt, ne*[*c*] *possunt non nocere velle filiis Dei, quique suis omnem ademerunt libertatem, quàm tuerentur vobis*[13]*? Quoniam*[14] *verò innumera mala inde existere possunt, si à societate resiliretis Bernatium, vestra ipsorum prudentia facilè perspicit.* Ergo unde Dominus et prestitit et prestandas ostendit suam opem et summas utilitates, eò toto pectore respicietis, et quicquid ullam possit injicere offensionem, id summo studio removebitis, quod procul dubio, sicut in gloriam Christi et utilitatem regni ejus, ita et maximo vestro cum decore, tum commodo facietis.

Dominus Jesus, unicum caput nostrum, cujus omnes membra sumus, quemque cum vero corde Servatorem invocamus, donet vobis hæc quæ monemus omnia pio animo expendere, bonique ea facere, et quatenus ipsius sunt sequi, ut cum religione Christi libertas vobis et omnimoda fœlicitas confirmetur et quotidie augeatur! Amen. Commendamus nos vestris charitatibus in eodem Domino

[12] Le passage que nous plaçons entre deux crochets est omis dans la copie de Berne.

[13] Allusion aux visées de *François I* sur la ville de *Genève*. Les propositions du roi de France, en 1535 et en 1538, avaient été reçues comme elles le méritaient par les républicains genevois.

[14] Nous supposons qu'il y avait *quot*, et non *quoniam*, dans le manuscrit original.

et servatore nostro Jesu Christo. Datum Wormatiæ, 13. Novembris anno 1540.

Dominationibus et charitatibus [15] vestris addictissimi

Wolffgang Capito.
Simon Gryneus [16].
Martinus Bucerus.
Johannes Sturmius.

Ministri ecclesiarum Argentinensis et Basiliensis missi ad colloquium de religione Wormaciam.

912

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Worms, 13 novembre 1540.

Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1576, p. 414. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 113.

Calvinus Farello, S.

Si meo loco esses, optime Farelle, fortassis pars aliqua dubitationis istius, quæ me vehementer cruciat, te quoque nonnihil solicitum haberet. Nam neque ego solus conturbor : et qui mecum laborant non carent multis et justis causis, cum tamen non soleant aliàs de nihilo commoveri. *Vos soli sine controversia pronunciatis quid facere debeam. Sed cum ego nonnihil vacillem, et alios omnes videam fluctuari, nihildum possum statuere : nisi quòd paratus sum omnino sequi Domini vocationem, simul ac mihi fuerit patefacta.*

Cum *legati* literas *Senatui* obtulissent, responsum est me abesse :

[15] A vos Seigneuries et à Vos Dilections. — *Charitates* correspond ici au mot allemand *Liebden*.

[16] J. Oporin écrivait de Bâle à Bullinger le 28 octobre : « Hodie aut cras abituri sunt *Vormaciam Amerbachius* et *Grynæus*, uterque a Senatu nostro ad hoc destinati. » Et, le 11 novembre : « Ex Comitiis nihil prorsùs audimus quod fiat. *Grynæus* cum Argentinensibus *Capitone*, *Bucero*, *Calvino*, *Sturmio* profectus est. *Amerbachius* nescio quibus causis adhuc hæret apud nos » (Ms. autogr. Arch. de Zurich).

sine cujus consensu nihil polliceri vellet[1]. Exceperunt se libenter huc venturos, ut de meo animo sciscitarentur. Præmissus est eques celeri cursu, qui nobis indicaret. Biduo eos antevertit[2]. Jubebat autem *Senatus* legatos suos[3] dare operam, ne quid pollicerer. Nunquam credidissem me tanti esse apud Senatum nostrum. Nec literæ sine admiratione eorum qui aderant lectæ sunt, quòd de me retinendo essent adeò soliciti, quibus videbar parùm esse notus[4]. Sed fortassis ideo fecerant, quia non me satis noverant. Quid enim habeo in me commendatione dignum? Utcunque tamen sit,

[1] Les ambassadeurs genevois (*Loys Dufour* et *Michel du Bois*) s'étant présentés le samedi 6 novembre devant le Conseil de Strasbourg, en avaient reçu la réponse suivante : « Primò agit et habet Senatus Argentoratensis gratias magnas, quòd legati Senatus et communis civitatis Gebennensis amica officia et obsequia sibi parata obtulerunt, vicissim stipulans si quacunque in re quidquam è re et commodo Senatus et communis civitatis Gebennensis facere et præstare ullo modo poterit, id animo parato, amico atque perlubenti se facturum. Et quantùm ad *legatorum Gebennensium petitionem* attinet, qua petunt *Calvino* permitti ut *Gebennam* redeat, respondet Senatus : Quum *Joannes Calvinus* hoc tempore, propter communis christianæ ecclesiæ et etiam civitatis Argentoratensis negotia, *colloquio Wormatiensi* adsit, sese ad petitionem legatorum nihil certi jam respondere posse. Recipit autem Senatus, quàm primùm *Calvinus* peracto hoc colloquio domum fuerit reversus, se petitionem hanc illi expositurum, et ut animum suum, quid ea in re facere velit, declaret, petiturum. Quem *Calvini* animum ubi Senatus perceperit, quid ad petitionem hanc legatorum respondere tum instituerit, Senatui Gebennensi certò perscribet. Actum VI[a] Novembris Anno Do. MDXL. » (Reg. du Conseil de Genève, t. 34, p. 533. Calv. Opp. Brunsvigæ, XXI, 268. Le texte allemand de cette réponse est imprimé à la p. 102 du t. XI de la même édition.)

Jacques Bédrot écrivait de Strasbourg, le 24 novembre, à Pierre Kuntz, à Berne : « Si nescis, legatos miserunt tum ad senatum nostrum tum ad *Calvinum* Genevates, hujus revocandi gratia. Responderunt nostri se nunc valde opus habere *Calvino* ad colloquium, partim propter Scripturæ, partim linguæ Gallicæ cognitionem » (Mscr. autogr. Bibl. de Zofingue. Calv. Opp. XI, 120).

[2] Le courrier des magistrats de Strasbourg était arrivé à *Worms* le lundi matin 8 novembre; les ambassadeurs de Genève, le 10 seulement. C'est ce qu'on apprend par la lettre responsive que le député strasbourgeois *Jacques Sturm de Sturmeck* écrivit à ses supérieurs, le 11 novembre. Elle est imprimée dans les *Calvini Opera*, t. XXI, p. 270.

[3] C'est-à-dire, Bucer, Capiton, Jean Sturm, Jacques Sturm et Matthias Pfarrer.

[4] A comparer avec le t. V, p. 231, fin de la note 19, et p. 273, note 9.

legati mihi literas[5] interpretati priùs, hortati sunt ut apud me expenderem quid maximè putarem in Christi gloriam fore : interim tamen satis declararunt quid haberent animi. Dies ad consultandum datus est[6]. Adhibui statim *fratres*[7] in consilium. Aliquid agitatum est. Melius tamen putavimus, si omnia nobis integra manerent usque ad *eorum* adventum[8] : ut intellecto *urbis* statu, certiùs de toto negotio judicaremus.

Ubi hæc acta sunt, *propositis tuis et Vireti literis*[9] *rursum petii consilium. Qua oratione usus fuerim, nihil opus est dicere. Obtestatus tamen sum quibus potui modis, ne me respicerent. Quàm seriò autem id à me diceretur, intelligebant ex re ipsa, cum plus lachrymarum effluerel quàm verborum.* Quinetiam bis ita sermonem interruperunt, ut secessum quærere coactus fuerim. Non progrediar longiùs. Hoc tantùm tibi confirmo, me optimè conscium mihi esse summæ sinceritatis. *Huc tandem ventum est, ut non me adstringerem in præsentia, sed tantùm bonam spem Genevensibus facerem*[10]. Obtinui tamen ut reciperent nostri, se impedimento non fore quominus eò concederem absoluto hoc conventu, si modò *Bernates* responderent, se ab eo consilio non abhorrere[11]. *Senatus* quidem, ut video, me ægerrimè dimittet. *Legati* qui hîc sunt vix consentient. Nec in alia opinione est *Capito*. Sed *Bucerus* efficiet ne retinear : modò ne quis ventus adversus *istinc* flaverit. Tu eos[12] in spe concepta confirmabis, ac interim diligenter mihi expones

[5] La lettre adressée le 6 novembre par le Conseil de Strasbourg à ses députés (n. 2, 3).

[6] Le mardi 9 novembre.

[7] Grynæus et tous les députés de Strasbourg (Voy. n. 10-11).

[8] C'est-à-dire, jusqu'à l'arrivée de *L. Dufour* et de *M. du Bois*.

[9] La lettre de Viret du 22 octobre et celle de Farel du 31 (N[os] 899, 907).

[10-11] Voici le résumé de la lettre allemande écrite par *Jacques Sturm* le 11 novembre : A la suite de nos négociations avec *Calvinus* et de la conférence qu'il a eue hier avec les ambassadeurs de *Genève*, il leur a répondu, aujourd'hui jeudi, qu'il ne peut, pour le moment, ni engager sa parole, ni refuser leur demande; mais qu'après son retour à Strasbourg, il délibérera avec ses collègues, les prédicateurs, afin de prendre la résolution qui contribuera le plus à l'honneur de Dieu et à la prospérité des églises. Telle est la réponse qu'il a aussi adressée par écrit au Conseil de Genève [N° 910] et remise aux ambassadeurs. De plus, il nous a priés de vous remercier très humblement des excellentes dispositions que, dans votre lettre, vous témoignez à son égard.

quidquid putabis nostra interesse. Cum redierimus, si expediet me venire, tunc magis urgendum erit. Plus tamen impetrabis tuis literis, quàm ullus alius. Sed de illis ubi tempus venerit.

Quid sperandum sit *de hoc conventu,* breviter complexus sum in charta quam tibi fratres ostendent[13]. Et paulò antè tibi exposueram[14]. Plura cum otii plus fuerit. *Viretum* salutabis amantissimè et diligenter excusabis quòd nihil rescribam, rogabisque ut his literis satisfieri sibi patiatur. Vale, frater optime et charissime. Dominus vos omnes conservet! Wormatiæ, 13 Novemb. 1540.

[12] Scil. *Genevenses.*

[13] Le mot *fratres* désigne les députés genevois, qui repartirent le 13 novembre pour le Pays romand. Le 17, ils étaient à Strasbourg, et Jacques Bédrot leur remettait pour Myconius une lettre qui se termine ainsi : « Habes... *legatos Genevatium* a Vangionibus redeuntes, ex quibus tanquam oculatis testibus intelliges omnia » (Mscr. autog. Bibl. de Zurich. Calv. Opp. XI, 117).

[14] A notre connaissance, la lettre et « le papier » où Calvin énonçait ses prévisions touchant *le colloque de Worms*, n'ont pas été conservés. Mais cette perte est compensée, en quelque sorte, par les nombreux renseignements que fournissent sur la même époque les *Melanthonis Epistolæ* (Voyez notre N° 910, n. 4. — Bretschneider, o. c. III, 1125-1155). Ainsi *Bucer* écrit à Luther : « Tres Bavari quidem et triplex Moguntinus cum nostro Saturno nihil omittent, freti pontificiis, Cæsareis et Regiis, quò nos majore gravent invidia, ut qui summam ipsorum clementiam pervicaciter rejecerimus. Sed aderit Christus, et... in eam ipsam eos foveam præcipites dabit, quam fodunt nobis. Itaque spero futurum, ut, sicut Tua Paternitas confessione facta *in hac urbe* Evangelii cursum mirificè expedivit, ita etiam nunc nostra qualicunque attestatione idem Evangelii cursus nonnihil tamen incitetur.... De eventu viderit Christus, cujus causa agitur... In eo vale felicissimè... atque commendare me ne graveris venerandis viris D. Præposito [*Justo Jonæ*] et *Pomerano*, et salutem dicere *Capitonis*, *Sturmii*, *Calvini*, *Grynei* et legatorum nostrorum *Jacobi Sturmii* et *Matthiæ Pfafferini* [l. *Pfarreri*],... et hoc omnes petierunt ac meis verbis : quam etiam tibi *hi omnes* officiosè precantur. Wormatiæ, 8 Novembr. 1540. »

Le 14. *Mélanchthon* écrit à Luther : « Hactenus otiosi dies 14 expectamus adventum *Granveli*.... In hoc otio aliquoties convenimus et de præcipuis articulis amanter collocuti sumus... Dictæ sunt rectæ et piæ sententiæ magno consensu. » On lit, en effet, dans le journal de *Wolfgang Musculus* : « Nona Novembris Wormatiæ, in hospitio Saxonum, convenimus evangelii Christi ministri numero viginti tres, hora diei septima usque ad decimam. » Dans ces assemblées, *Calvin* prit la parole le 9, le 10, le 11, le 17 et le 18 novembre (Voyez les Calv. Opp. Brunsv. XXI, 269-271).

913

LE BAILLI DE LAUSANNE au Clergé et aux magistrats de son Bailliage.

De Lausanne, 13 novembre 1540.

Inédite. Copie contemporaine. Arch. du C. de Vaud. Communiquée par M. Ernest Chavannes.

SÉBASTIAN NÆGUELLIN, gentilhomme et bourgeois de Berne, Ballifz de Lausanne au nom et pour la part de la magnifficence de nous très redoubtés Seignieurs supérieurs de Berne, — à vous les *spectables seigneurs prédicantz*, et aussi les nobles et honnorables Bourguemeistre, juges, mayors, chastellains, mestraulx, lieutenant et aultres officiers, tant médiatz comment immédiatz, estans dedans les limites de nostre ballivaige, Salut.

Combien que nous dictz Seignieurs supérieurs, pour abolir plusseurs abus et superfluytés, aussi pour l'utilité du bien public, aultreffois ayant [l. ayent] ordonner et décréter, entre les aultres choses, que nulz ne deusse faire chaus[s]es décoppées ny déchicquitées [1], — ce nonobstant, plusseurs en mesprissant les ordon-

[1] Dès 1532 *les chausses chapelées* furent défendues dans les bailliages d'Orbe et de Grandson. L'édit de Réformation du 24 décembre 1536 les prohibait « sous le bamp de trente sols et perdition des chausses. Toutefois (disaient MM. de Berne) celles qui seront par ci-devant faites, octroyons de les user. » Mais l'usage fut plus fort que la loi (Voyez Ruchat, IV, 529. — Jean de Muller, o. c. XI, 208, en note).

« Du temps de noz pères (disait *Pierre Viret*), on a veu les Allemans [l. *les Suisses*] allans en guerre... et estoyent vestus la plus part d'eux de celle toille que nous appellons du triège ; mais maintenant il n'y a plus que soye, velours, damas, argent et or.... Il n'y a si petit marchant qui ne vueille contrefaire le gentilhomme.... Et ceux qui ne peuvent tenir train de gentilhomme, s'efforcent de parvenir, pour le moins, à quelque degré prochain. Tous deviennent maintenant, par deça, publicains, fermiers, receveurs, ou admodiateurs ou commissaires : et n'y a presque nul qui n'ait vergoigne d'exercer le mestier et l'art duquel son père... a entretenu sa famille » (Dialogues du désordre qui est à présent au monde.

nances de nous dictz Seignieurs, comment ingnobéissant ont faict le contraire, et daventaige ont décopper, chappler et déchicquiter pourpoinctz, collet, aulbergeons [2] et aultres habilliemens. Sur quoy nous dictz Seignieurs Petit et Grand Conseil de noveaulx, pour plusseurs raisons raisonnables et pour ce que leur plaisir a esté de faire, ont faict ordonnances et décretz, *Que nul d'ores en avant ne doibge fayre ny fayre à fayre pourpoinctz, chaus[s]es, colletz, aulbergeons ny aultres halbilliemens décopper, chappler ny déchicquiter,* dessoub la painne de la perdition des dictz halbilliemens, et dessoub le bamp d'ung florin d'or pour chesque contrevenant. Et, touchant les habilliemens par cy-devant chapplés et découppés et déchiquitéz, ceulx que les ont à présent en puissent gaudir et user, pour l'espace de six moys entiers, desjà commencer le vingthuytiesme jour du moys d'octobre nouvellement passer [3]. Et, estre passer les dictz six moys, que nulz n'en doibge plus pourter, dessoub la perdition d'iceulx. Desquelles ordonnances nous dictz Seignieurs supérieurs Petit et Grand Conseil nous ont mander et commander fayre à fayre les publications.

A ceste cause, nous le dict Ballifz vous les dictz Seigneurs prédicantz, Bourguemeistre, juges, mayor, chastellains, mestraulx, lieutenans et aultres officiers dedans les limites de nostre dict balivaige, exhortons et néantmoins, de la part de nous dictz Seignieurs supérieurs, *voz mandons et commandons que doibgés publiés ou fayre publier les dictes ordonnances et décretz* [4], affin que nul puisse prétendre ingnorance d'iceulx. Datté le tréziesme jour du moys de novembre, l'an nostre Seigneur Jésus-Christ mille cinq cens quarante.

Genève, 1545, p. 59, 61, 62, à comparer avec l'ouvrage de P. Viret intitulé : Le monde à l'empire. Genève, 1561, p. 158 et suivantes).

[2] Les *collets* rabattus et à bords découpés étaient brodés, piqués ou tailladés. On donnait aussi le nom de *collet* ou *colletin* à un justaucorps sans manches, fait de peau de buffle. Les *pourpoints* de drap, de cuir ou de velours portaient des coupures en long, sous lesquelles on apercevait une étoffe de couleur vive. Parfois ils avaient, aux coudes et aux emmanchures, des bouffants ou renflements, qui étaient pareillement tailladés. Le *haubergeon* (petit haubert), cotte de mailles à manches et à gorgerin, avait fait place, paraît-il, à un vêtement en drap, qui admettait les mêmes ornements que le pourpoint.

[3] La décision avait été prise dans les séances du 25 et du 29 octobre 1540.

[4] Dans plusieurs occasions, les pasteurs du territoire bernois avaient

914

LES PASTEURS DE MONTBÉLIARD à la Classe de Neuchâtel.

De Montbéliard, 14 novembre (1540).

Inédite. Manuscrit orig. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.
(COMPOSÉE PAR PIERRE TOUSSAIN.)

Charissimis et observandis fratribus nostris, Farello, Barbarino, Capunculo, et cæteris Verbi Ministris in oppido et ditione Neocomensi agentibus, salutem in Domino Jesu!

Nuper (ita volente Domino) *Princeps noster tandem permisit, ut Missa in ditione Blamontana abrogetur* [1], sed hac lege, ut ante ejus in *Germaniam* abitum, hoc est, ante diem 22 hujus mensis, fratres habeamus qui illic Verbum Domini concionentur : id quod nos benignitate patris nostri cœlestis, promissis vestris, studio ac pietate freti, promisimus. Quare obsecramus vos per D. Jesum, ut cum hoc charissimo fratre nostro, *duos saltem bonos fratres huc mittatis,* qui nobis in negotio Domini adjumento sint. Valete in Domino. Monbelgardi, 14 Novembris (1540[2]).

MINISTRI ECCLESIÆ MONBELGARDENSIS.

déjà été invités à publier, dès la chaire, des édits et même de simples règlements de police.

[1] Voyez la p. 212, lignes 3-4, et la p. 263, renvoi de note 11.

[2] L'année est déterminée par ce qui est dit de l'abolition de la messe dans la seigneurie de *Blamont*. (Voyez G. Goguel. Hist. de Farel, 1873, p. 77. — Recherches sur l'ancienne seigneurie de Neuchâtel en Bourgogne, par l'abbé Richard de Dambelin. Besançon, 1840, p. 239.)

915

NICOLAS PARENT [1] à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
(De Strasbourg) 16 novembre 1540.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calv. Opp. Bruns. XI, 115.

S. Cum tam sedulò perscribat ad te Dominus *Calvinus* ea quæ hîc fiunt, mi Farelle, non est quòd in eis exponendis te diutius detineam. Puto enim esse nefas agentem seria earundem rerum frequenti subinde repetitione interturbare, vel potiùs obruere. Sed tamen et sunt quædam quæ et tibi significare mea plurimùm refert, et te scire, si non juvet, tamen incommodi nihil allaturum arbitror. Habeo enim te ut Christi servum, et eum te agnosco cujus opera et ministerio dignatus est Dominus uti, ad regnum suum propagandum et suam ecclesiam edificandam, cui rei hactenus intentis nervis studuisti. Faxit is qui cœpit, ut fœliciùs indies pergas!

Ego paulò antequam abirent nostri Warmatiam (sic), *missus sum ad Evangelii prædicationem, mihique manus sunt impositæ a Bucero et Calvino simul,* XIIII die octobris [2], in sacro nostro conventu statim post concionem vespertinam (erat autem dies dominicus), *relictusque sum ab eis ut pastoris munere fungar hîc tantisper dum aberit Calvinus noster*. Ego verò id nequaquam expectabam, immò verò sperare tantum munus non fuissem ausus, præsertim in hac nostra ecclesia. Scis autem quæ apud me aliquando proponerem : deliberationem enim animi mei paucis tibi manifestaram domi

[1] Voyez sur ce pasteur intérimaire de l'église française de Strasbourg, la page 103, note 116, les pp. 157, n. 24; 174, n. 34; 225, lignes 1-2; 240, renvoi de note 38.

[2] Il aurait dû écrire : XXIIII *die octobris*, puisqu'il rappelle, un peu plus loin, que sa consécration au saint ministère eut lieu « un dimanche. » Or, le 14 octobre 1540 fut un jeudi.

Calvini, cum ad nos primùm venisses [3]. Consului equidem te num operæprecium videretur ut ad parentes redirem [4], docturus eos, si qua ratione fieri posset, in Domino, viam veritatis et evangelium Christi. Neque meum animum etiam eo videbaris improbare, quòd et ipse judicares quàm cautè mihi esset in ea re agendum, agendique modum præscriberes. *Constitueram* etiam *et illud, me scilicet transacturum tempus aliquod meæ juventutis in docendis pueris, idque* [5] *in iis locis ubi nihildum ex Evangelio esset cognitum,* ut etiam aliquid facerem fructus in regno Christi mei illic fungens evangelistæ munere, donec paulò grandior in Christo factus, depositis his carnis concupiscentiis meque ipso abnegato, aptior essem ad regnum Christi annunciandum, id est, evangelium veritatis.

Subduxeram equidem *ad tempus me ab hoc onere annunciandi Evangelii, cui me imparem et sensi et sentio. Quis enim terrestris et imbecilis homo agere possit opus tam divinum, sublime et arduum?* Cum omnis homo mendax et vanitate ipsa vanior sit, et in ipsissimis ignorantiæ tenebris versetur, quomodo tantam veritatem, tam solidam doctrinam, tamque claram evangelii Jesu lucem, non dico aliis proponere et explicare, sed etiam vel videre vel sustinere possit? Hìc certè magnum Dei opus, magnam ejus erga homines benevolentiam agnoscimus. Denique et illud addam: *non videri præcipuum ministri Verbi in hoc esse situm, ut verbis quidem annunciet Evangelium, nisi et ipse eo afficiatur in corde, vitam-*

[3] Cela signifie évidemment : la première fois que vous êtes venu à *Strasbourg* depuis que j'y suis, c'est-à-dire, au mois de juin de cette année. On sait, en effet, que *Nicolas Parent* n'y vint qu'en février ou en mars 1540.

Les nouveaux éditeurs de Calvin énoncent, à ce propos, l'opinion suivante (Ed. Brunsv. XI, 115) : « *Farellus ter videtur Argentorati fuisse, prima vice statim post Calvini adventum, secunda, ad ejus nuptias, tertia Wormaciam petens m. Decembre 1540.* » Le premier de ces trois voyages de *Farel,* lequel aurait eu lieu en septembre ou en octobre 1538, est purement imaginaire (Voy. le t. V, p. 140, 142), et, fût-il historique, ce n'est pas de celui-là que *Parent* ferait mention, puisqu'il ne suivait pas encore, à cette époque, les leçons de Calvin, de Sturm et de Bucer. En revanche, les éditeurs des *Calvini Opera* omettent trois autres voyages de Farel à Strasbourg : celui de juin 1539 et ceux de juin et d'octobre 1540 (pp. 168, n. 19; 242, n. 3; 327, n. 13).

[4] On ignore si *Parent* était originaire de la Lorraine, ou de la Franche-Comté, ou du royaume de France.

[5] Dans l'édition de Brunswick, *unquam.*

que suam formet ad ejus præscriptum, quò aliis sancto vitæ exemplo præeat. Sed quid sus Minervam? Hæc dico, mi Farelle, ut mei animi candorem habeas. Væ mihi si non annunciem Dei salutem per Christum Jesum! Væ et mihi si spiritum regenerationis, beneficium Christi erga me verè ipse non sentiam, eoque me sanctificante et ad bona opera consecrante, innocentia, bonitate et puritate vitæ aliis non præluceam! Tu ergo, mi Domine Farelle, admone, obsecro, si quid olim adverteris in me quod parùm Christi ministrum deceret. Instrue me, rogo, ut veteranus et bellandi peritus, id est, hostes invadendi et eorum insultus excipiendi : instrue, inquam, me ut tyronem et adhuc militiæ rudem. Existimo certè magnam a Deo mihi gratiam fieri, si à te et tui similibus officii mei commonefiam, etsi etiam ab aliis admonitus benevolentiam in me Dei agnoscam. De his satis.

Cæterùm nescio qua conscientia tandiu [6] tantillæ pecuniæ solutionem differant *debitores mei* [7]. Tantùm abest ut mihi aliquid de suo mutuent, mihi, inquam, in scholis versanti, ubi non sine magno sumptu vivitur, cum etiam id quod debent non persolvunt. Certè parùm considerati sunt homines, ne dicam parùm pii. Puto autem mihi deberi adhuc coronatos tres aut circiter, quibus si vel tu vel quispiam alius addere vellet quartum, cum ad me mittentur (missos verò jam vellem), polliceor me redditurum posthac et brevi. Ego enim hospiti meo jam incipio debere, deficiente pecunia et *Calvino* absente, qui ubi adfuerit certior ero eorum quæ agam, neque volo cuiquam esse oneri. Igitur te oro, mi Farelle, ut hoc tempore et hac in re mihi si liceat succurras, par aliquando pari relaturo, si quando sese tempus offerat. Vale in Christo Jesu semper. Salutat te *uxor Calvini et tota ejus familia* [8]. Salutat te *Enardus* [9], salutant et te qui mecum sunt omnes. Salutabis etiam tuos nostro nomine, præcipuè verò *Capunculum, Mullotium, Corderium* et *Jacobum* [10], et totam domum tuam. Vale, XVI novembr. 1540.

Tuus Nicolaus Parens.

(Inscriptio :) Pietate et eruditione prædito Guilelmo Farello, verbi Dei ministro Neocomensi. Neocomi.

[6] Ibid., *tandem*.

[7] Pendant son séjour à *Neuchâtel*, *Parent* avait peut-être rempli au collège les fonctions de sous-maître, ou donné quelques leçons particulières.

[8] C'est-à-dire, *Antoine Calvin*, les enfants du premier mariage d'*Ide-*

916

LE CONSEIL DE GENÈVE à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 22 novembre 1540.

Manuscrit orig. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 118.

Monsieur, de bon cueur az vous nous recommandons.

Suyvant laz déclaration du grand desyr que nostre peuple az envers vous [1], lesquieulx toutjour sont en tel volloyr, vous envoyons les propres lectres que havons recyeuz des Ministres euvangéliques et de Mons[r] *Caulvin*[2], lesquelles vous playraz voyër et dempuys nous renvoyer. Suyvant lesquelles vous pryons très assertes vous volloyër transporter par deça, et croyés entièrement que ne seryés

lette de Bure, et les pensionnaires de la maison, entre autres, le jeune *Malherbe* et les deux frères *Louis* et *Charles de Richebourg*.

[9] *Eynard Pichon* (p. 29).

[10] *Jean-Jacques Farel* ou le ministre *Jacques Sorel* (pp. 35, n. 13; 231, n. 3-4)?

[1] A comparer avec le commencement du N° 880, p. 271.

[2] On lit dans le Registre de Genève du 22 novembre : « Lettres de *Caulvin* et des prédicans d'*Estrabourg*. Lequelt sur la prière qui luy az esté faycte de venyr icy... az respondus que, après la journée de *Wurmes*, il est prest az obeyr az tout ce que luy seraz commandé, et que cependant l'on demande Maystre *Pierre Viret*... Sur quoy résoluz de escripre au dit *Viret* qu'il viengne icy, et qu'il luy soit envoyé le doble *des lectres*. » Ces derniers mots font allusion aux lettres du 24 octobre (N[os] 901, 902).

Les éditeurs des *Calvini Opera* disent que l'épître des ministres strasbourgeois du 13 novembre (N° 911) « pouvait déjà être entre les mains du Conseil. » Or, le post-scriptum du N° 920 nous apprend que l'épître en question fut apportée à *Genève* par les ambassadeurs genevois qui étaient repartis de *Worms* le 13 ou le 14 novembre. Le 17, ils n'avaient pas encore dépassé *Strasbourg* (N° 912, n. 13). Il était donc impossible, vu la distance, qu'ils parvinssent à Genève pour la séance du 22.

[l. sauriez] fère plus grande ouvre envers Dieu et les homes fidelles que iceste, voyeant que nostre ditz peuple vous az fort aggréable. Et si par aventure n'estiés prompt az layser le lieuz aut [l. où] il az plieuz az Dieu vous constitué az présent, vous playraz nous donner le moyen par lequelt puissiés fère vostre département az l'honneur de Dieu et, en apprès, de vous. Et sur ce vostre amyable responce. Actum 22 Novembre 1540.

Vous bons amys
Les Sindicques et Conseyl de Genève.

(Suscription :) Az maystre Pierre Viret, prédicant et ministre euvangélique, nostre singulier amy[3].

917

JEAN CALVIN à Nicolas Parent, à Strasbourg.
De Worms, 26 novembre 1540.

Copie contemporaîne[1]. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 121.

Ego mihi ecclesiæque nostræ magis quàm tibi gratulor, mi Nicolae, quòd omnes ita diligenter ad concionem veniunt et reverenter auscultant. Id enim summum meum votum fuit quum discederem, ut ne quid fratribus nostris, quos ministerio meo regebat Christus, ex mea absentia decederet, ne quid ex eo ordine deperiret quo Christiani gregis incolumitas continetur. Atque id ipsorum magis interest quàm mea. Ut enim gloria et corona pastoris ecclesia est bene constituta, ita neque gaudere vel gloriari nisi in ejus salute ille potest. *Benedictus* ergo *Dominus, qui nostrorum*

[3] Le manuscrit porte le sceau de la République avec la devise : « Post tenebras spero lucem. »

[1] Elle est de la main de *Charles de Jonvilliers*. Il dit dans une note marginale : « Ex autographo. Inscriptio erat hujusmodi : Optimo fratri meo, etc. »

omnium animos in tali verbi sui reverentia continet, et te etiam iis donis instruit quæ satisfacere illis possint. Utinam sic aliquando Genevensibus quoque prospiciat, ne me ampliùs sollicitent! Illud enim vehementer me angit quòd illis cupio opitulari, sed rationem nullam video. Quanquam ab ista solicitudine animum quoad possum revoco, donec istuc redierimus, et *Farellus* rescripserit quomodo apud illos res habeant. Ea enim lege nobis sumpsimus istas inducias, ut ex statu ecclesiæ qui tunc erit, consilium capere liceat. Nunc igitur, dum omnia sic suspensa sunt, interquiesco, et ab ea anxietate, quam mihi hujus consultationis difficultas[2] attulerat, nonnihil respiro.

Verùm redeo ad *ecclesiam nostram. Placet sanè quòd absentiam meam non magno desiderio ferre potest.* De cœna Domini celebranda bene facis quòd mones[3]. Neque enim mihi in mentem venerat cum abirem : sed nimis serò id fecisti. Præteriit enim dies quo denunciari oportuerat, aut certè antè elapsus erit quàm literæ meæ pervenire ad te possint. Et vereor ne, si *probationem solitam*[4] remiserimus, ea varietas turbationem aliquam nobis generet. Proinde satius fore arbitror, si nunc supersedeas, quando non fuit in tempore cogitatum, nisi fortè redierit *Claudius*[5], ut cum eo possis deliberare; nam si ipse tecum expedire censuerit, nolim differri. Tantùm vereor ne in posterum nobis fraudi sit, si quid innovetur. Alioqui, si salvo ordine fieri posset, nihil morarer. Vale, mi Nicolae, *Sebastianum*[6], *Enardum* et alios tuos sodales aman-

[2] A comparer avec le N° 912, renvois de note 1-11.

[3] A comparer avec le paragraphe de la p. 224 qui commence par ces mots : Cum instat *dies Cœnæ*, edico ut qui communicare cupiunt, priùs se mihi repræsentent. »

[4] L'examen de conscience des communiants (p. 200, renv. de n. 8-9; p. 223, renv. de n. 37-39).

[5] *Claudius Feræus* (*Féray*), qui était probablement diacre de l'église française de Strasbourg.

[6] *Sébastien Châteillon* (en latin *Castalio* ou *Castellio*), l'un des hommes remarquables du seizième siècle, était né en 1515 à Saint-Martin-du-Fresne, en Bresse. Fils de parents pauvres et zélés catholiques, ce fut par la seule puissance de ses efforts et de ses talents qu'il acquit une instruction littéraire distinguée et la connaissance approfondie des langues bibliques. On ignore quelles furent les causes prochaines qui lui firent embrasser le parti de la Réforme. D'abord précepteur de trois jeunes nobles à *Lyon*, il publia dans cette ville ses *Dialogi sacri*, composés d'extraits des Saintes-Écritures et destinés à l'enseignement de la jeunesse. Il se rendit ensuite à *Strasbourg*, où il passa l'automne de 1540 et l'hiver

tissimè nomine meo saluta. Dominus vos omnes conservet, et spiritu suo sancto ad omne opus bonum dirigat! Wormaciæ, 26. Novemb. (1540.)

Calvinus tuus.

(Inscriptio :) Optimo fratri meo Nicolao Parenti, ecclesiæ Gallicanæ apud Argentoratenses diacono.

918

LE CONSEIL DE GENÈVE à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Genève, 26 novembre 1540.

Manuscrit original. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 122.

Monsieur, apprès nous estre recommandé de très bon cueur az

suivant. Dans son ouvrage adressé à *Calvin* (1558) et intitulé : « *Sebastiani Castellionis Defensio. Ad authorem Libri, cui titulus est, Calumniæ Nebulonis,* » il s'exprime comme il suit, p. 26-28 :

« Vixi ego domi tuæ *Argentinæ* septem aut ad summum octo dies. Interea cupivit domum tuam migrare Galla quædam fœmina nobilis, nomine *Madamoyselle du Verger*, unà cum suo filio et filii famulo. Sed cum ejus famulo non esset domi tuæ locus ad cubandum, tu à me modestè petiisti, ut ei cederem. Ego modestè cessi, pecuniam tibi pro victu solvi, atque ita à te cum bona venia... migravi. Postea cum domi tuæ in morbum incidisset famulus tuus, conterraneus meus *Johannes Chevantius*, ego ad eum, accersitus à tuis, ivi, et ægrotanti domi tuæ... administravì usque ad ejus obitum : hoc est circiter alteros septem dies. Postea tuus convictor nunquam fui.

« Eodem deinde anno, cum tu *Ratisbonam* ad comitia profectus esses, accidit ut peste mortuus sit domi tuæ, absente te, convictor quidam tuus Gallus, nomine *Claudius* [*Feræus*].... Acta sunt hæc anno M.D.XL. et XLI. Testor eos qui tum erant *Argentinæ*... et in primis tuam fratrisque tui conscientiam, et *Nicolaum Parentem*, et *Enardum Pichonum*, qui nunc concionatores sunt in comitatu Neocomensi, quorum *hic* ægrotantem famulum tuum, de quo nunc narravi, etiam visit, *ille* paulò post etiam mecum vixit, et ante *Claudii* mortem *Argentina* discessit. » (Voyez *Sebas-*

vous. Illest [l. il est] certainne que havons entendus le bon cueur, grand ameur et zèle que nous portés az nous fère service et playsir, dont très assertes vous mercions. Et croyons que, *par nous ambassadeurs estant par devers vous, estes assés advertys de la cause encore par appellation pendante entre nous très chiers combourgeoys les Seigneurs de Berne et nous*[1]. *Et pource que en cest affère nous povés servyr, vous pryons nous havoyër entièrement pour recommander,* et qu'il vous playse vous employer pour nous laz aoù cognoystrés estre neccessayre [2]. Et en ce nous ferés aggréable playsir, lequelt nous paroffrons déservyr, Dieu aydant, autquelt pryons qu'il vous doiënt prospérer. De Genève, ce 26 Novembre 1540.

Vous bons amys
Les Sindicques et Conseyl de Genève.

(Suscription :) Aut Docteur Farel, Ministrez Euvangélique, nostre singulier amy [3].

tiani Castellionis Dialogi IIII. Eiusdem Opuscula quædam... Aresdorffii, 1578, petit in-8° de 12 ff. prélimin., 445 et 135 pp.).

[1] Malgré l'abrogation du traité du 30 mars 1539 (p. 273, n. 3), *Berne*, irritée de la ténacité des Genevois, se conduisait comme si le dit traité était encore en vigueur. Elle avait autorisé le bailli de Ternier à faire acte de souveraineté, dans les terres du prieuré de Saint-Victor et du Chapitre de Genève, toutes les fois que l'occasion s'en présenterait. Il en était résulté de nouveaux procès. Les « journées de marche » tenues à Lausanne du 4 au 11 octobre et le 15 novembre n'ayant eu aucun résultat, les procureurs des deux parties en avaient appelé au sur-arbitre *Bernard Meyer* de Bâle, élu par les Bernois. L'ancien secrétaire de Genève, *Claude Roset*, venait d'être envoyé à Bâle par ses supérieurs, pour communiquer au sur-arbitre toutes les pièces du procès (Voyez A. Roget, o. c. I, 265-270).

[2] *Farel* avait à *Bâle* plusieurs amis qui pouvaient servir la cause de Genève auprès de *Bernard Meyer*.

[3] La présente lettre, écrite par le secrétaire Pierre Ruffi, porte le sceau de la république avec la devise : « Post tenebras spero lucem. »

919

PIERRE VIRET au Conseil de Genève.
De Lausanne, 26 novembre 1540.

Autographe. Arch. de Genève. F. Turrettini et A.-C. Grivel, o. c., p. 148. Impr. en partie dans les Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 123.

S. Grâce, paix et miséricorde par Jésuschrist nostre Seigneur!

Magnifiques et honnorables Seigneurs, *ainsyn que je cognois le grand desir et l'affection que vous avez à recouvrer bons et fidèles ministres, pour consoler et restaurer vostre pouvre église tant désolée et dissipée, je croy aussy que vous ne ignorez pas le bon vouloir et ardant desir que non-seulement moy, mais aussy tous vrays amateurs de vérité ont à la consolation et restauration d'icelle. Mais ainsy que, touchant ce affayre, nous sommes tous avec vous unys de voulunté, de desir et de cueur, aussy sommes-nous en telle perplexité que vous estes, pour trouver les moyens et occasions justes et raysonnables pour y pourvoir à la gloire de Dieu et édification de toutes les églises.* Vous avez veu ce que nostre frère *Calvin* vous respond[1], qui vous doibt aussy touchant mon cousté abundamment satisfaire pour moy. Car non obstant qu'il y aye entre luy et moy grande différence quant à la doctrine et érudition, toutefoys quant au cueur et à l'affection envers vous et les églises de Dieu, soyez asseurés que nous ne sommes pas beaucop différans. Je ne me estime pas estre mien, mais aux églises auxquelles le Seigneur m'a dédié et consacré. Pourquoy mon vouloir ne tire à aultre chose, fors que je serve fidèlement à ma vocation, en quelque lieu qu'il

[1] Allusion à la lettre de *Calvin* du 24 octobre (p. 334, second paragraphe). Celle qu'il écrivit au Conseil de Genève le 12 novembre ne parle point de *Viret*, et le Réformateur de Lausanne ne pouvait pas la connaître, puisqu'elle ne parvint à sa destination que le 26 novembre (N° 910, n. 6).

In vocatione Genevensi ita sum perplexus, vel potiùs confusus animo, ut vix audeam cogitare quid mihi agendum sit. Quòd si quando in hanc meditationem ingredior, exitum nullum invenio. Itaque, quantisper hac anxietate constringor, mihi sum meritò suspectus : ideoque aliis me regendum permitto. Interim rogemus Dominum ut viam nobis demonstret. Vale, mi frater. Saluta mihi amantissimè omnes nostros. Wormaciæ, 14 Decembris (1540).

Calvinus tuus.

Cum missurus essem has literas, venerunt alteræ tuæ, quibus epithalamium describis. Audacter certè abs te factum est, quòd ausus es *Matth.* aggredi, qui non facilè se admoneri, nedum reprehendi patitur. Gaudeo tamen adeò bene cessisse. Simus ergo contenti hac amica expostulatione, neque ulteriùs ecclesiæ nostræ jus prosequamur. Hoc exemplum fortè in posterum nos admonebit, ne quid de ordine prætermittatur. In conjugibus hoc temperamentum servare te velim, ne ex stultis insani fiant. Novi fastum, amarulentiam, arrogantiam *muliérculæ*. *Monacho* hybernas noctes domi nimis longas esse puto. Timendum ergo ne ad fallendum tædium aliò se conferat. Scis enim huic hominum generi esse errandi privilegium. *Sturmium* admonui, tametsi facturus sponte erat quod

petis. Itaque *illa* per *Crattonem*[7] literas recipiet. Vale, charissime frater. Hæc celeriter, cum nuncius vellet equum conscendere. Saluta mihi amicissimè *Sebastianum* et *Enardum*[8] et alios omnes.

Calvinus tuus.

(Inscriptio :) Nicolao Parenti, fratri meo charissimo, Diacono Ecclesiæ Gallicanæ.

926

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
(De Montbéliard) 14 décembre (1540).

Inédite. Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

S. Vehementer gaudeo *hunc fratrem Vi[n]centium nobis a Domino datum*[1], et accidit optimè quòd solus venerit. Nam alioqui non fuisset hîc exceptus a *Principe*[2] : et interdixit heri mihi seriò per cancellarium suum[3], ne quem huc posthac vocem, eo inscio, nisi illum velim offensum. Quod te scire volui, non solùm ne posthac defatigeris inquirendo nobis aliquem, sed ut istic quoque sciatur *nos nunc nullo egere verbi Dei ministro*[4]. Precor ut Dominus Deus nos omnes servet in vero timore nominis sui sancti. Vale, frater et amice integerrime, mihique fratres diligenter saluta. 14 decemb. (1540[5]).

Tuus Tossanus.

(Inscriptio :) Guilielmo Farello, fratri meo et amico integerrimo.

[7] L'imprimeur *Craton Mylius*.

[8] *Sébastien Châteillon* et *Eynard Pichon* (p. 376, 377).

[1] Serait-ce *Vincent Orlin*, déjà mentionné à la p. 204? Nous avons eu plus d'une occasion de croire que la liste des pasteurs installés, selon Duvernoy, le 1er avril 1540, était antidatée ou inexacte (Voyez p. 212, n. 4).

[2] Le comte *Georges de Wurtemberg*.

[3] Le chancelier *Sigismond Stier* (en latin *Taurus*). Les lettres officielles du Comté portaient cette souscription : Les Lieutenant, chancelier, conseillers et officiers pour Monseigneur le duc de Wirtemberg à Montbéliart.» Suivait la signature du secrétaire du Conseil.

[4-5] Le 14 décembre 1539, Toussain n'aurait pu s'exprimer ainsi. A

927

LA CLASSE DE THONON (aux Ministres de Berne).
(De Thonon, vers le milieu de décembre 1540 [1]).

Inédite. Manuscrit de la main d'Antoine Froment [2]. Bibl. Publ. de Genève.

S. Il ne se peult fayre qui ne viennent des scandalles, hommes Pères et Frères en Nostre Seigneur. Aultrement ne seroit pas bessoing des loys civillez. Maintenant, en nostre Classe, il y a une chose de laquelle noz debvons plourer et congnoistre que nostre cons[c]ience nous contrainct et aussi nostre jurament eclésiasticque faict et confirmé. Vous avés congnu *Antoine Froment* [3], du commencement, avoir esté implicqué en beaucop de négoces séculliers, et a faict beaucop de choses indignes du ministère de la parolle de Dieu. *Il a plustost faict l'office d'ung marchant dans Genève que l'office de prescheur* [4], quand, par toute la semmaine, il excersoit marchandise, et luy et sa femme, tenant bouticque publicquement [5]. Et les dimenches il anunçoit la parolle de Dieu, et aussi par les villaiges de la jurisdiction de Messieurs [6].

cette époque on manquait de pasteurs. Le 14 novembre 1540, on n'en demandait plus que *deux* (N° 914).

[1] Voyez la note 24.

[2] La lettre originale a dû être composée en latin (n. 18, 20, 21) par *Antoine Rabier*, le doyen de la classe. *Froment* s'en procura une copie, et il la traduisit en français pour être mieux en état de préparer sa défense. La minute de cette traduction est remplie de ratures et de retouches qui trahissent l'inexpérience de l'écrivain.

[3] Ces deux mots, bien que soigneusement biffés, sont encore lisibles.

[4] *Prescheur* a été substitué à *évangéliste*.

[5] Dans un écrit tout récent, M. Albert Rilliet a démontré que *Marie d'Entière*, femme d'Antoine Froment, est le véritable auteur de l'opuscule intitulé : « *La Guerre et Deslivrance de Genesve. Fidelement faicte et composée par ung Marchant demourant en icelle* » (1536, 24 pp. in-8°, caract. goth. Réimpression de 1881. Voy. aussi Th. Dufour, o. c. p. 134-136).

Oultre beaucop d'aultres scandalles qu'il a faict, il a achapté grand nombre d'huille en la ville et aux villaiges circu[n]voysins de *Thonon*[7], et a esté faict marchand d'huille. Nous noz taysons de l'office des publicquains, lequel office a prins et exercé avec quelcun. De rechief, *selon l'antrée de Massongier*[8], *en laquelle église demeure maintenant, il si est mictz soy-mesmes, et là a produict les fruictz dignes de sa voccation, en telle sorte et manière que noz l'affirmons et disons ung vray Démas*[9], veu qu'il a embrassé d'une merveilleuse avidité ou affection ce monde : comme ainsi soit, certes, que oultre les gaiges comuns, lesquelz reçoipt tousjourt, et de tous les biens et revenus de la cure[10] n'est pas content. Mais, soubz la couverture d'ung dyacre lequel faulcement a dict et affirmé à Messieurs[11] l'avoir nurry par l'espace d'ung an, il n'a [l. il en a] tiré et extraict deux centz flourins[12], sans nostre sceu. Mais plustost debvoit estre reprins de ce qu'il a tenu en sa mayson *Roubert*[13] (lequel est maintenant *dyacre* de sa propre auctorité), pour apprendre des filles qu'il a en sa mayson[14], sans point de probation et consentement de nulz frères. Et, de sa propre auctorité, environ quinze foys l'a contrainct à prescher.

L'attribution de ce livre à « *ung marchant* » n'avait rien de contraire à la vérité, puisque la femme auteur et son mari « tenaient publiquement boutique. »

[6] C'est-à-dire, de Messieurs de Berne (Voyez, dans le t. IV, p. 102, 103, la lettre de Farel du 14 novembre 1536 à Jean-Rodolphe Nägueli).

[7] Froment y avait fixé son domicile en septembre 1537.

[8] Froment avait renoncé, en mars 1539, aux fonctions de *diacre*, qu'il remplissait à *Thonon*. Le 11 avril suivant, Farel écrivait à Fabri : « De *Frumento* audimus parum grata... Puto ipsum veluti in negociationibus, ita in ministerio versari » (IV, 295-297, n. 4, 10; V, 278). Ce fut probablement dans le cours de cette année-là que Froment se fit nommer *pasteur* à *Massongy*, village situé au pied du coteau de Boisy, dans le Chablais. Les Bernois y avaient toléré jusqu'alors la présence d'un curé. Mais le 20 novembre 1539, ils prirent la décision suivante : « Si le curé de *Messonges* ne déclare pas définitivement *an probet vel reprobet missam*, [il faut] le chasser du pays » (Manuel de Berne du dit jour).

[9] Seconde épître de saint Paul à Timothée, IV, 10 : « *Démas* m'a abandonné, ayant aimé le présent siècle. »

[10] C'est-à-dire, celle de Massongy.

[11] Encore Messieurs de Berne.

[12] Pension ordinaire des pasteurs du territoire bernois (p. 105, n. 130).

[13] Le nom de famille du diacre *Robert* nous est inconnu.

[14] C'est le premier pensionnat de jeunes filles dont il soit fait mention

Nous avons unte [l. honte] d'escripre *les usures des vignes qu'il a partout* et a occupé cautelleusement et finement. Mais aux dernières vendenges des vignes sus-dictes, plus rigoreusement[15] et exactement que les prestres ne soulloint fayre, a recuilly la vendenge avec les aultres qu'il a obtenu de Messieurs[16], et aussi avec tout ce qui appartient à la cure. Non contant d'avoir assemblé une grande multitude de vin, mais[17] partout a achapté en grande abundance de vin[18], en tant que, à l'exemple des avaricieux, ses seilliers [l. celliers] n'ont pas esté assés grandz, mais a esté contrainct d'en avoir d'aultres[19]. Et n'a pas eu uncte d'avoir marchandé, trompé aulcuns de noz frères, tout ainsi que ceste chose et toutes les choses desjà dictes en nostre congrégation[20] ont esté me[i]ntenant provées, et ces choses luy ont esté dictes et [pro]posées. Lesquellez choses davant que les eust faict, et après qui les a faict, il n'a [l. il en a] esté admonesté et incrépé jusques à vomye et fâcherie[21] de toute la Classe. Non-seullement n'est venu à pénitence et repentance, mais n'a pas eu uncte de mentir davant toute l'assemblée des frères, quand il a esté interrougué combien de vin il avoit achapté. Et tout ainsi qu'il, jusques à présent, avoit meschamment faict, aussi en nostre dernière congrégation nous tous et ung chascun de nous le pryions et luy disions qu'il se retournâ[t], — mais il a mesprisé et injurié toute la Classe et a rejecté nostre ordre, nous menassant et provocant de noz fayre venir en Justice, si noz luy disons quelque chose. Et noz a appellé tous callomniateurs, et que quand toutes choses debv[r]oint en rager, il noz tirera en droict civil[22].

Ces choses bien advisées, comme ainsi soit que nous congnois-

à cette époque. Nous supposons que *Marie d'Entière* y donnait une partie des leçons.

[15] Au-dessus de *sévèrement* on lit *rigoreusement.*

[16] A comparer avec le t. IV, p. 257, note 1.

[17] Signifie ici *de plus.*

[18] La phrase commençait, sans doute, dans l'original par ces mots : *Magna vini copia.* Froment a d'abord transcrit les deux premiers, par inadvertance, puis les a biffés, et il a écrit à la suite : « Non contant d'avoir assemblé, etc. »

[19] Il dut se livrer à ces grandes spéculations en 1539 et 1540, deux années où la récolte du vin fut si abondante, qu'on le vendait à vil prix.

[20] Il avait d'abord écrit : *in cœtu.*

[21] Traduction littérale du latin *usque ad nauseam et molestiam.*

[22] C'est-à-dire, devant la cour des jurés et du bailli de Thonon.

cions bien ceste playe, laquelle aussi noz tous la sentons, et que par luy tant de malédiction tous les jours nous voyons, desquelz il est cause, — en tant que tout nostre ministère partout est blasmé, et sommes réputés rapineurs et plus rigoreux que ne furent jamais les prestres, plus tenans et recu[ei]llans et desirant plus l'avarice que eulx, a quellez [l. et que telles] quérémonies publicquement parmy le peuple sont faictes, et [que] les marchantz, ceulx qui ont de coustume achapter tous les ans et de gaigner quelque chose en ceste négociation, tous les jours ilz crient après noz et noz ameynent cecy, de quoy sommes quasi confus, noz n'y pouvons résister, — Aussi avoir considéré l'inobédiance de ce misérable, la finesse et malice, Au nom de Nostre Seigneur, tous d'un courage[23] et entendement estant assanblés, touteffoys avec grand doulleur et marrissement de cueur, *comme indigne de ce excellent ministère, Avons consenti et consentons tous avec ces lettres de le vous envoyer,* luy signifiant le jour davant vous le 21 de Décembre[24]. Adieu.

Pariat[25]. Raberius, decanus[26].
Joachimus Biturix[27].
Reginaldus[28].

[23] Au-dessus de *cueur*, on lit *courage*.

[24] Les deux congrégations tenues à Thonon, en 1540, avant ce jour-là, durent avoir lieu le jeudi 9 et le jeudi 16. Nous n'avons trouvé, dans les Archives bernoises, aucun document qui pût nous apprendre si *Froment* parut à *Berne* le 21 décembre 1539, 1540 ou 1541. Mais, à défaut de preuves positives, nous avons adopté la date qui se concilie le mieux avec les diverses données fournies par la correspondance de Farel (Voyez les notes 8, 19, 26, et les pages 173, renvois de note 27, 28; 176-178).

[25] *Gérard Pariat,* second pasteur à Thonon, souvent mentionné dans les deux volumes précédents. Il signa, en qualité de juré de la Classe, une lettre du 29 septembre 1541.

[26] *Antoine Rabier*, pasteur à Hermance, élu doyen de la Classe en août 1540 (p. 275, renv. de n. 17).

[27] *Joachimus Biturix* (le Berruyer ou le Berrichon), doit désigner *Joachim de Coignac,* natif de Chateauroux en Berri. Il était juré de la Classe, ainsi que *Pariat* et *Reginaldus*. C'est par négligence que Froment a écrit *Joachimus Buturix*.

[28] Ce nom a été à moitié écrit. On peut lire *Reginellus;* mais il est probable que le nom exact était *Reginaldus* (p. 13, n. 3).

928

JEAN CALVIN à [Guillaume Farel[1], à Neuchâtel.]
De Worms (vers le milieu de décembre 1540[2]).

Copies contemporaines[3]. Calvini Opera. Brunsv. XI, 135.

Quòd rariùs tibi scribo inde fit quòd nimis sumus ociosi. Hæc tibi ridicula videbitur excusatio, quia est prorsùs inusitata. Verùm ex animo loquor. Nam *si vel in speciem aliqua actio hìc institueretur, mihi scribendi argumentum subministraret. Nunc quid aliud literis complectar, quàm quod tacito animi sensu*[4] *recognoscere mecum piget ac pudet : nos scilicet alterum jam mensem*[5] *frustra expectando hìc desidere.*

Viginti dies[6] elapsi erant ab adventu nostro, antequam nos *arbitri* vocarent. Nam cum *Granvellus* distineretur[7] in asserenda et constituenda *reip.*[*ublicæ*] *Vesontinæ* libertate[8], absentiam suam

[1-2] Voyez les notes 41, 63, 70.

[3] Nous désignerons par le n° 1 celle de la bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel : elle est transcrite immédiatement après la copie de la lettre de Calvin du 24 décembre 1540. Le volume n° 141 de la Bibl. de Berne contient une autre copie, moins imparfaite, mais qui présente aussi des lacunes : nous la distinguerons par le n° 2. On en trouve une troisième aux Archives bernoises, dans le registre intitulé : *Kirchliche Angelegenheiten*, 1540-1559.

[4] Copie n° 2 : tacito animi *consensu*. Édition de Brunswick : *tanto* animi sensu.

[5] Calvin et les députés de Strasbourg étaient à *Worms* depuis le 2 novembre.

[6] Dans la copie n° 2, on lit *30 dies*, ce qui est inexact.

[7] Copie n° 2 : *detineretur*.

[8] *Granvelle* s'était moins occupé de garantir les privilèges de la ville impériale de *Besançon*, que d'y rétablir la paix entre le clergé et les magistrats de la commune. En agissant ainsi, il opposait de nouveaux obstacles à la propagation de « l'hérésie » (Voyez le mémoire de M. Auguste Castan cité à la p. 291. et le N° 910, fin de la n. 4).

excusaverat et *alterum*[9] subrogaverat, qui vice sua fungeretur. Isti autem suppressis literis expectarunt dum nunciatum esset adventare et non plus biduo abesse. Tunc demum, nobis et adversariis convocatis[10], primùm literas jusserunt recitari, deinde fidem omnem ac diligentiam in hac cognitione se adhibituros receperunt, ac vicissim stipulati sunt à nobis ut, deposita omni contentione et acerbitate, paci et concordiæ studeremus[11]. Responsum est[12] utrinque, non alio animo venisse quàm ut Ecclesiæ tranquillitati consuleretur. *Nostri* tamen semper addebant : si qua inveniri pacificatio potérit secundùm verbum Domini. Postea agitatum est *de modo et ordine actionis*[13]. Utraque pars *arbitris* detulit ut quem putarent optimum præscriberent, salvo tantùm repudiandi jure. Illi, pro sua æquitate, *adversariis* concesserunt quantùm vix palàm ausi essent postulare. *Nostri* tamen, ne viderentur statim ab initio in rebus non magnis impendiò morosiores, paucis exceptis capitibus, concesserunt. *Putas, opinor, hæc omnia intra dimidiam horam fuisse absoluta. Atqui tam actuosæ nobis sunt ceremoniæ, ut sæpiuscule nos convenire oportuerit antequam aliquid transigeretur.*

[9] La copie n° 2 omet *alterum* et conserve, à la fin de la phrase, *fungeretur*, au lieu de *fungerentur*. Le lieutenant que Granvelle accrédita, par sa lettre du 2 novembre, était *Jean de Naves*, de Luxembourg, prévôt de Merville en Flandre (Voy. Neudecker. Urkunden, 1836, p 600-605. — Sleidan, II, 197). Mélanchthon disait le 14 novembre : « Est ei [scil. Granvellano] adjunctus quidam Lucelburgensis vir eruditus, pius, nostræ doctrinæ amans et abhorrens à crudelitate » (Mel. Epp. III, 1156).

[10] Justus Menius écrivait de Worms, le 22 novembre, à Fred. Myconius Postridie Elisabeth, quæ fuit 20 Novembris, primùm tandem vocati sumus à præsidentibus, et significata nobis *Caroli* imperatoris voluntas de instituta collocutione. Nunc de ratione et modo colloquii deliberant. »

[11] Tout ce qui suit jusqu'à *Illi pro sua æquitate* manque dans la copie n° 2.

[12] Suivant les éditeurs des *Calvini Opera*, XI, 135, n. 6, cette réponse serait du 29 novembre. Ils nous paraissent l'avoir confondue avec celle qui fut donnée à Granvelle lui-même, le 27 (Voy. n. 13 et les *Mel. Epp.*, III, 1168, 1169). La réponse en question fut faite oralement le 20.

[13] On s'occupa de ce sujet dès le 20 novembre. Nous lisons, en effet, dans la lettre de Cruciger du 22 : « A partibus petitum est..., ut exponant præsidentes quem *modum et ordinem collocutionis* esse velint. De eo *jam biduum* deliberant, ac mirati sumus, eos tam imparatos inchoasse negotium. » Le 27, Mélanchthon écrit encore : « Deliberant jam *totos octo dies* de ordine disputationis Equites et nescio qui Canonici, alieni à nostris studiis » (Mel. Epp., p. 1159, 1174).

Est autem hæc agendi forma et series : duæ sunt aulæ duabus partibus destinatæ, in quibus seorsim consultant. Tertiam habent *cognitores,* in quam utrinque convenimus cum est aliquid publicè agendum. In eam tamen nimis familiariter commeant hostes nostri, ut consilia cum arbitris communicent[14]. Neque id faciunt clanculùm aut verecundè, sed sub oculis etiam nostris, dum illic adstamus, non dubitant capita conferre. Et quid aliud facerent? *Moguntinus* enim et *Bavarus* et *Argentinensis* suos miserunt, qui nobiscum disceptarent et disceptationi præsiderent[15]. Illi singulos è suo numero[16] *præsides* deligunt, sed ea lege ut *cognitores* vocentur, hostium partes impleant.

Interim[17] *venerat Granvellus, qui 25 Novembris*[18] *urbem est ingressus*[19]*. Tertio post die, orationem habuit nobis non usque adeò æquam*[20]*, quòd videretur culpam omnium malorum in nos derivare.* Ejus exemplar tibi mitto, quoad potuit ab ore loquentis à notariis excipi. Fideliter certè tota summa comprehensa est, nec est ulla particula omissa, in qua esset aliquid momenti. *Postridie responsum est communiter omnium nomine*[21]*, quanquam nostris vehemen-*

[14] Copie n° 1 : *consultant.* Copie n° 3 : *constent.*

[15] Voici les noms des députés qui devaient présider les débats : *Jean de Ehrenberg,* doyen, envoyé par l'archevêque de Mayence. — *Seubelsdorfer* ou *von Schwolsdorf,* prévôt de Munich, envoyé par le duc Louis de Bavière. — *Jean,* comte *d'Eisenberg,* député par l'évêque de Strasbourg. — Le quatrième président était le chevalier *Frédéric de Fleckenstein,* député par l'Électeur Palatin (Voy. les Mel. Epp. III, 1160-61, 1217-18. — Georgii Spalatini Annales Reformationis Leipzig, 1718, p. 457).

[16] Copie n° 1 : *de suo munere.*

[17] Ce mot est omis dans la copie n° 2.

[18] Copie n° 1 : 25 Novembris. Copie n° 2 : 23 Novembris. La date vraie est le 22. Voyez la lettre de Martin Frecht (N° 923, n. 3), qui est d'accord avec Sleidan et plusieurs témoignages contemporains.

[19] Édition de Brunswick : *urbem ingressus,* tertio post die, etc.

[20] Voyez, sur le discours de *Granvelle* du 25 novembre, le N° 923.

[21] D'après Rœder, o. c. p. 61, il y aurait eu le 25 novembre (non le 26, comme le rapporte Calvin) *deux réponses* au discours de Granvelle : celle des Catholiques et celle des Protestants (Mel. Epp. III, 1168-1171). Mais nous croyons plutôt que la seconde a été supprimée pour gain de paix : ce qui expliquerait pourquoi la première, commune aux deux partis, se termine par les paroles suivantes : « Futurum sperant, ut quæ hactenus dissita remanserunt, nunc demum concilientur in Dei laudem, sacrosanctæ fidei et religionis nostræ decus et *restitutionem,* ac *Ecclesiæ jam dudum desideratam reformationem.* »

ter displicebat. Sed quid fecissent, cum aliter non permitteretur. Jam ante audierat ipse *Granvellus,* aut certè ex re ipsa suspicabatur, nostros [22] fremere et indignari sibi factam esse nimiam injuriam, quòd falsò perstringerentur jam ante actionis ingressum. Proinde illis excusavit, se nihil minùs in animo habuisse quàm illos vel minimùm offendere.

Ab eo tempore aliquot diebus fuit de formulis agitatum, in quibus illi mille effugia captarunt. Nos, ut in apertum campum eos attraheremus, nullam iniquitatem subire recusavimus, quæ saltem nobis salvam [23] causæ defensionem relinqueret. Aliquantum [24] temporis intercessit, quo inter se, nobis non adhibitis, consultarunt. Nostri non modò à sua parte nihil esse impedimenti ostendere, sed urgere etiam et passim reprehendere hanc moram. *Tandem verecundia coacti, finxerunt se velle incipere. Cecinerunt igitur missam suam de Spiritu Sancto* [25]*, ut auspicatò aggrederentur. Nos etiam solemnem supplicationem* [26] *in templo nostro* [27] *habuimus. Nemo erat qui non putaret mox futurum ut ad certamen accingeremur.*

Eo tamen die nobis feriæ fuerunt atque etiam postridie. Mercurii autem [28] vocamur tanquam ad rem maximè seriam. Postquam ad aulam præsidum [29] ventum est, indicatum est *Granvello,* qui aliquantò post subsequutus est. Tunc accersitus fuit *Nuncius apostolicus* [30], qui nos, sanctissimi *Pauli* [31] nomine, ad studium concor-

[22]-[23] *Nostros* et *salvam* sont omis dans la copie n° 1.

[24] Cop. n° 2 : *aliquantulum.*

[25] Cette messe fut chantée le lundi 6 décembre, jour de la fête saint Nicolas.

[26] Éd. de Brunswick : *solennes supplicationes.*

[27] Le peuple de *Worms* put s'associer aux prières des Protestants : il était en grande partie gagné à la Réforme. — Un fait que nous devons noter témoigne du sentiment de solidarité qui unissait alors les États évangéliques. Dès le 27 octobre, MM. de Berne avaient décidé que leurs « prédicants » imploreraient la bénédiction divine sur *le colloque de Worms* (Manuel du dit jour).

[28] *Vocamur* est omis dans la copie n° 2, et *autem*, dans l'édition de Brunswick.

[29] Copie n° 1 : *præsidis.*

[30] *Thomas Campeggi* (en latin *Campegius*), évêque de Feltri, dans la Marche de Trévise, frère de ce cardinal Laurent Campeggi qui avait été nonce apostolique en Allemagne (1524 et 1530). Le discours qu'il prononça, le mercredi 8 décembre 1540, est imprimé dans les *Melanthonis Epistolæ*, III, 1192. Voyez aussi la lettre de Cruciger à Justus Jonas du 15 décembre, ibid. p.1224.—Sleidan, II, 200.—Seckendorf, 1602, III, 296.

[31] Le pape *Paul III.*

diæ et reconciliationis [32] cum Ecclesia hortaretur. Erat autem illi apposita [33] sella è regione *Granvelli*, qui in superiore loco cum *Electorum* legatis sedebat. Processit tamen illi *Granvellus* quatuor aut quinque passibus obviàm, ne sanctam sedem apostolicam prorsùs contemnere videretur. Orationem habuit compositam ex elogiis charitatis, deploratione præsentium temporum, exhortatione ad tollenda dissidia. Ejus exemplar ad te [34] mitto. Cum finem dicendi fecisset, secedunt suo more legati Electorum ad deliberationem. Erat enim [35] forma conventus imperialis. Petunt adversarii ut in commune respondeatur. *Saxo* [36], qui unus est ex professo noster, reclamare et firmis rationibus ostendere [37], nobis esse seorsim respondendum. Nos enim obliquè fuisse perstrictos, ideoque privatim esse de iis quæ objecta erant satisfaciendum, quum tota culpa in nos dirigeretur. Deinde nos pati non posse ut partes aliquas honoris sibi in consessu hoc sumeret. Ergo protestatione jam aliqua esse sibi utendum, ne quid tribuere illi crederentur. Jam verò nullo modo coire [38] posse duorum orationes, quorum alteri titulum sanctissimi Patris illi deferrent, alteri Dei hostem et Ecclesiæ tyrannum vocarent, alteri obedientiam [39] omnem pollicerentur, alteri, se velle ejus [40] regimen expugnare, præ se ferrent.

Cum ad *Granvellum* ventum esset, ille verò rogare et suadere ut omnes ordines in aliquam responsionem convenirent. Cursitatum est ultro citroque octies aut circiter, antequam nostri flecterentur. Postulant demum ut saltem permitteremus illi agi gratias, nulla *Pontificis* mentione facta. Hoc à se impetrari passi sunt, ne omnia negarent. Hæc omnia fiebant in ejus conspectu, et adeò non procul ut exaudire interdum voces aliquas posset. Responsione habita, cujus formam hîc quoque habebis [41], discessum est. *Quan-*

[32] Copie n° 2 : *ad studium pro reconciliatione.*

[33] Copie n° 1 : *opposita.*

[34] Cop. n° 2 : *tibi mitto.*

[35] Dans la copie n° 2, *autem.*

[36] L'électeur de Saxe. Dans la copie n° 1 : *Faxo.*

[37] Copie n° 2, *contendere.*

[38] Ibid. *convenire.*

[39] Édition de Brunswick : obedientiam *ei* omnem.

[40] La copie de Neuchâtel se termine ici. Nous donnons la suite d'après la copie n° 2.

[41] C'est à *Farel* que *Calvin*, depuis qu'il était fixé en Allemagne, envoyait habituellement les nouvelles du jour et les copies des actes officiels qui devaient intéresser les églises romandes (Voy. p. 227, lignes 2-

quam nostris plurimùm doluit vices loquendi sibi tunc fuisse ereptas[42]*, cordatiores tamen judicant, nobis tacentibus non parùm fuisse effectum eo die. Nam qui olim, imò ante paucos annos, ad latus Cæsaris supra omnes Electores recipiebatur, nunc ex subsellio loqui coactus fuit. Quum Paulum Dominum suum nominaret ac honoris causa retegeret, nemo sequutus est, ne ex adversariis quidem. Cum Cæsaris mentionem faceret, omnes pileum deponebant. Quæ autem ignominia major, hoc statu rerum, Papæ irrogari potuit, quàm ita responderi a Cæsare et Ordinibus Imperii ejus legato, ut ejus nomen prorsùs subticeretur? Hoc certè parùm abest à manifesto ludibrio*[43]. Nam et tanquam homini privato responsum est, et

6, et les Nos 751, 762 a, 767, 772, 774, 784, 832, 835, 843, 845, 846, 857, 863, 865, 868. 893). Il n'y aurait donc rien d'étonnant à ce qu'il lui eût écrit cette longue lettre vers le milieu de décembre, dans un moment où il ne pouvait pas se douter de son départ pour Worms.

Seckendorf, III, 296, dit au sujet de la *réponse faite à Thomas Campeggi* : « Responsum ei fuit per cancellarium Moguntinum, D. *Jacobum Reuter*, breviter et aridè, nulla cum *Pontificis* mentione... Orationem *Nuncii* « gravem, piam, et christianam » fuisse dicebat « et libenter auditam. » Pollicetur « se ita exhibituros esse deputatos, ut appareat quæsivisse gloriam Dei, et ea quæ faciunt ad pacem et tranquillitatem christianam. »

[42] *Mélanchthon* avait composé une éloquente réplique, dont les présidents n'autorisèrent pas la lecture (Mel. Epp. III, 1195-1199), « quia, ut Legati Saxonici scribunt (dit Seckendorf, l. c.), nihil pro autoritate dixerat aut gesserat *Nuncius*, immò *Pontificem* in oratione sua ne nominasset quidem. Abeuntem ex curia deduxerunt qui introduxerant. *Granvellanus*, scenæ serviens, modicam illi *reverentiam*, quam vocant, gestu exhibuit, vulgarem nempe et domesticam, ut Legati loquuntur. » — *Cruciger* donne sur cette séance d'autres détails intéressants (Mel. Epp. 1224-25).

[43] Le 15 décembre 1540, — peut-être le même jour où *Calvin* se réjouissait de la mortification infligée au Nonce, — *l'évêque d'Aquila* écrivait de Worms aux cardinaux Farnèse et Cervin : « Dubitavi semper causam istam Christianæ Religionis aliis vestri ordinis non ita ut Vobis perspectam esse. Et præsertim illis quibus status *Germaniæ* et *Germanorum* vires et ingenia minimè notæ sunt, illis inquam, quibus minimè constat, quæ abhinc XX. annis... et Christianæ et Germanæ Religioni jactura effluxerit, ut nullus sit pagus, nullum oppidum, nulla civitas, nulla regio, nulla provincia quæ ab antiqua et vera Religione, vel partim non desciverit, vel propediem lapsura esse videatur. Et hinc factum est quòd salutaria omnia remedia vel omittuntur vel negliguntur; sed jam omnes existimare debent in eo statu esse causam, *ut solùm ultimus tragediæ actus expectetur...*

Propterea, ut in desperatis rebus fieri solet, *non voluntate, sed necessitate, dissidentibus tot annis petitum colloquium concessum est.* Et licet necessitate, tamen prudentissimo consilio. Hæc enim sola supererat dissi-

silentium de *Pontifice* notabili contemptu non caruit. Si quid à nobis asperiùs dictum esset, non novum esset à tam contumacibus indomitisque capitibus. *Cæsarem* verò et totam filiorum ejus catervam tantum nobis dare ut ipsius meminisse non liceat, id verò ejus majestatem non parùm imminuit.

A prandio, *adversarii nostri inter se deliberarunt, quo primùm vulnere*[44] *deberent nos conficere. Placuit ordine excutere totam Confessionem*[45]. In primo articulo controverso, qui est *de originali peccato,* cum biduum depugnassent, secessionem fecerunt[46]. Sex nostram confessionem receperunt, quinque reclamarunt, in quibus erat Achilles ipse *Ecchius*[47]. Tertio die formulam nescio quam conscripserunt, in quam pariter consentirent. Illic autem non damnabatur dogma nostrum, sed adhibita moderatione mitigabatur. Ventum est postea ad *justificationem,* in qua mirum est quàm tumultuosè inter se rixati sint[48]. Hæc autem talis[49] perturbationis est causa, quòd *Brandeburgenses*[50] prorsùs nostri sunt, *Palatini*[51]

dentibus fuga denegati colloquii. Hac sola arte et verborum lenocinio, populorum animos deleniebant. *At nunc habent colloquium, et suo marte et suis armis confodientur.* Nullum enim ex colloquio fructum sibi polliceri possunt, nullum profectò, sive causam ipsam spectemus, quæ propriis et divinis suis viribus nixa se ipsam defendit : sive Theologorum numerum, quem parem esse videmus, sive judicii eventum, et illud ad *Cæsarem* refferetur...

At enim considerandum est, qui sit status dissidentium causæ. Nonne enim constat, quàm varia sint inter eos ingenia, quàm varia dogmata, judicia inconstantia. abusus; ..... quæ sint doctissimorum nostrorum Theologorum studia, doctrina, eruditio, fides, religio, virtus, eloquentia, ut facilè possint jam prorsùs lapsam religionem et reparare et erigere et sustinere. Sed illud magis omnes movere debet, sanctissima *Cæsaris* vita, institutio ac Religio, ac firma semper et illæsa fides. *Dixit* enim *pluries Cæsar se velle potiùs et Regnorum suorum et Imperii quàm Religionis, etiam minima in parte, jacturam pati.* Deerit nunc primùm suæ fidei *Cæsar?* Nunquam profectò hoc posteritas leget » (Læmmer, o. c. p. 307, 308, 309).

[44] Copie nº 2 : *ulcere.*

[45] La Confession de foi d'Augsbourg.

[46] La discussion sur *le péché originel* avait commencé le 8 décembre. Menius écrivait le 15 à Boëtius « Multos jam dies deliberant *de peccato.*

[47] Le docteur *Jean Eck* (*Eccius*).

[48] On lit dans la lettre de Moller du 14 décembre : « *Hodie* proposuit *Eccius* articulos, in quibus tollit exclusivam *sola* [scil. *fides*], etc. Huic sententiæ cum contradixerint *Palatinenses*, *Marchici*, moliti sunt ut eos ex suo cœtu ejiciant » (Mel. Epp. III, 1210).

[49] Édition de Brunswick : *tantæ.*

[50-51-52] Les théologiens de l'Électeur Joachim II, Margrave de Bran-

aliquantulùm accedunt, *Clivienses* et *Colonienses* [52] non sunt iniquissimi. Alii veró, quasi [53] furiis correpti, nihil æqui, nihil moderati, nihil sani ferunt. Ideo autem in eorum parte est *Marchio* [54], quòd quum se nondum decretis *Cæsaris* opposuerit, nec in fœderis societatem concesserit, ex grege nostro non habetur. Quum elector sit, non potuit præteriri. Ergo eum recipere hostes nostri coacti sunt [55].

Nostri interea conqueri, tum apud præsides, tum apud Granvellùm [56], *quòd ita extrahantur.* Instare enim sextum Januarii, qui *Ratisbonensibus comitiis* sit indictus [57] : nimirum esse non dubiam [58] tergiversationem, ut re infecta discederetur. *Istis flagitationibus coacti, cœperunt ordiri novam telam : Formulam juramenti protulerunt, qua volunt obstringere notarios* [59]. Erat autem adeò iniqua, ut à nostris admitti non debuerit. Neque tamen impetrari potuit ut

debourg (p. 127, n. 25-26). étaient le prévôt *Léonard Keller*, *Alexander Alesius Scotus*, *Jean Ludicken*, pasteur à Francfort-sur-l'Oder. Ceux de l'Électeur Palatin, *Heinrich Stoll* et *Matthias Kegler*. Guillaume, duc de Clèves et de Juliers, avait envoyé à Worms *Joannes Ulattenus*, *Conrad Heresbach* (t. V, p. 256) et *Albert Kœnig*. L'archevêque de Cologne y était représenté par les docteurs *Jean Gropper*, chanoine, et par *Éberard Billican*, carmélite. La forme de plusieurs de ces noms n'est pas la même dans Spalatin, o. c. p. 458, 459, et dans les Épîtres de Mélanchthon, p. 1160, 1217.

[53] Ce mot est omis dans la copie n° 2.

[54] Le *margrave* Joachim II.

[55] Voyez Planck. Geschichte der Entstehung u. der Bildung des protestantischen Lehrbegriffs. Leipzig, 1798, t. III, P. II, p. 68-71. Sur l'ensemble du Colloque de Worms on peut consulter L. Ranke, o. c. IV, 196-204.

[56] Voyez les *Melanthonis Epistolæ*, III, 1236, 1239, 1252, 1254, 1258.

[57] Les lettres impériales qui convoquaient les Princes à Ratisbonne pour le 6 janvier étaient déjà connues en novembre (Voy. la lettre de l'Électeur de Saxe à l'Empereur du 23 nov. 1540. Neudecker. Urkunden, 1836, p. 613-621).

[58] Dans la copie n° 2 : *dubio*.

[59] Les *notaires* des Protestants étaient *Gaspard Cruciger* et *Wolfgang Musculus* (p. 252); leurs substituts, *Joachim Goler*, secrétaire de Constance, et *Martin Webel*, secrétaire de Hambourg (Voy. dans les Mel. Epp. p. 1200, à la date du 11 décembre, la pièce intitulée : Forma jurisjurandi a Notariis et eorum Vicariis dandi, proposita a Præsidentibus colloquii). Du 11 au 13 décembre on discuta sur cet incident. La réclamation des Protestants et de leurs notaires fut présentée le 12. Ils eurent, à ce propos, le lendemain, une entrevue avec Granvelle (Op. cit. 1202-1209, 1219-1223).

remitteretur apiculus unus. Et est sanè causa cur illi boni viri eam sic mordicus teneant. *Est* enim *illic cautum, ut Acta supprimantur et nemini mortalium communicentur, nisi Cæsari*[60]. Ne tamen omnem spem præcidant[61], exceptionem addunt, ut edantur ea partibus quæ ipsi censuerint. Videmus quid aucupentur, nempe ut, cum jurati[62] hinc abierimus, invidiam suo more in nos aliquo prætextu derivent. Cedendum ergo erit[63], nisi volumus occasionem præbere iis qui captant[64].

Atqui, meo quidem judicio, *ita magis se apud omnes bonos jugulant. Neque enim dubitabitur cujus conscientiæ fuerit pro Actis*[65] *supprimendis tantopere laborasse. Certè nisi causæ nostræ bonitati*

[60] Le 16 décembre Cruciger écrivait à Juste Jonas : Nostri legati aliquot jam dies coacti sunt concertare cum præsidente. Id certamen ortum est ex formula juramenti proposita *notariis*... Ac nescio an de hoc possit conveniri. Fortasse hoc impetrabitur, ut *copias descriptas* concedant mitti principibus. Sed *archetypos* notariorum prorsùs nolunt nisi ad *Cæsarem* mitti » (O. c. 1226).

[61] Copie n° 2 : *Neque* tamen omnem spem *præcidunt*, etc.

[62] Dans les copies, *irati*. La variante que nous proposons donnerait ce sens plus naturel : Quand nous aurons *juré*, nos adversaires trouveront facilement, après notre départ, un prétexte pour nous accuser de parjure.

[63] Dans l'énumération des ruses imaginées par les Catholiques pour tirer les choses en longueur, Calvin insiste beaucoup sur la plus récente : le serment qu'ils exigent des notaires. Cette ruse va réussir : *cedendum erit.* Nous en concluons que la narration de Calvin a dû être écrite avant le 15 ou le 16 décembre. S'il l'eût terminée quelques jours plus tard, il aurait, ce nous semble, mentionné les faits suivants, que Mélanchthon communiquait à Luther le 16 et le 17 : « Repudiata est *formula Eccii* [de peccato originis et de justificatione] à trium principum legatis, *Palatini, Marchionis* et *Juliacensis*. Hi modestè, sed rectè tamen, professi sunt se probare nostram sententiam..... Fremunt reliqui et de excludendis illis trium Principum legatis deliberant. Sed tamen cum id facere non auderent, *decurritur eo, ut Eccius et ὁμόψηφοι exhibeant suam sententiam scriptam* præsidentibus ; item, *ut reliqui tres etiam sententiam exhibeant scriptam*, quam dixissent. Id heri, hoc est, 15. die Decembris factum est. Sunt igitur ab adversariis trium Principum legati aliquo modo sejuncti..... Nobis pugnandum est, ut *publica disputatio* instituatur, ne fiat suffragatio antequam res explicatæ sint..... Sum et ego invitatus ut formulam aliquam componerem. Sed respondi, me *publicè* dicturum esse quid mihi videatur... Sperabamus *Colonienses* etiam probaturos esse veram sententiam de justificatione,... sed hi non modò fefellerunt nos, sed etiam augent *periculum trium illorum* qui dissenserunt » (Op. cit. 1228-1229). Voyez aussi la note 66.

[64] Copie n° 2 : *quæ captent.*

[65] Copie n° 3 : pro *aliis*.

consideremus, non cuperemus omnia publicari; et nisi illi lucem reformidarent, non hoc refugerent. Vereor tamen ne, ubi istis prœludiis vellicati fuerimus, tandem sine certamine dimittamur. Quantus omnium hîc risus, putas, excitabitur, si tantus apparatus in fumum evanuerit! Verùm quid? si Dominus, elusa humana providentia, opus suum velit peragere, et arte industriaque nostra non adhibita, prosternere verbi sui adversarios? Bona igitur conscientia simus contenti, neque plus appetamus, quàm ut ab ejus nutu suspensi, tantùm agamus quantùm ille voluerit. Sanè, quantùm ad nos attinet, non sumus adeò formidabiles, nisi Dominus ipse terrorem ac trepidationem hostibus nostris incuteret.

Si conserendæ erunt manus, Philippus primo loco verba faciet, quo nihil unquam vidi cordatius[66]. *Alius est penitùs quàm fuerat*[67] *ante annos quatuor*[68]; neque tamen mutavit sententiam, sed animo factus est confirmatiore, quemadmodum ipse dicit, quòd vidit sua moderatione nihil se proficere apud eos quibus lucrifaciendis intentus erat[69]. *Si audires dimidiam horam, plurimùm te exhilararet.*

[66] A comparer avec la p. 131, renvoi de note 55. — On lit dans la lettre de Cruciger du 14 décembre: « Eam [scil. articulorum conciliationem] valde urget *Granvellus*, et insidiis res agitur; si posset obtineri ex nostris, vellent deligi paucos quosdam, quos ipsi habent pro moderatis, qui cum illis concinnarent articulos, exclusis aliis, etiam ipso *Philippo*, quem accusant, quòd nunc sit factus *asperior* » (O. c. 1213).

[67] Copie n° 2 : *fuerit*.

[68-69] On sait que, depuis 1528, *Philippe Mélanchthon* avait étudié très attentivement tous ceux des passages des Pères qui sont relatifs à la sainte Cène, et qu'il avait fini par adopter la doctrine sacramentaire des théologiens de la Haute-Allemagne, telle que la formulait *Calvin* (Voyez le t. V, p. 146, n. 24-25; 268-269, renv. de n. 10-12; 317, n. 9, et le N° 932, n. 29-31. — Rod. Hospinianus. Hist. Sacramentaria, 1602, ff. 137-140, 148 a, 169-171, 174-182, 202 a). Mais il n'avait pas réussi à rallier à la Concorde de Wittemberg les ultra-Luthériens, qui l'accusaient d'être un disciple de Zwingli. Nous en trouvons la preuve dans ce paragraphe d'une lettre d'*André Osiander*, non datée, mais qui est certainement du mois de décembre 1550 : « Mihi necessariò bellum gerendum est cum adversariis hypocritis, qui sunt Christiani sine Christo... Contemnunt *Lutherum*, jactant *Philippum*, quem ego deprehendo hujus mali fontem. Itaque accingor, Principe hortante, contra carnalissimam ejus de justificatione opinionem. Narravit enim mihi, sese *ante decennium* jam fidis argumentis persuasum, quòd *Philippus* sit *totus Zwinglianus*, aliud in ore, aliud in pectore habens » (Hummel. Epistolarum hist.-eccles. semicenturia altera. Halæ, 1780, p. 83-84).

Reliqua scribam quum fuerit opportunum. Vale optimè[70], integerrime et amicissime frater.

CALVINUS.

929

JEAN CALVIN aux Pasteurs de Neuchâtel.

De Worms, 24 décembre (1540).

Copie contemporaine. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 133.

Gratia et pax vobis a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo, fratres mihi amicissimi et observandi!

Quoniam *non* [1] *de scribendo priùs cogitavi quàm optimus frater*

[70] Les nouvelles étant rares, les magistrats et les hommes instruits recueillaient et se communiquaient les uns aux autres des extraits de lettres officielles ou privées C'étaient les journaux de l'époque. On comprend dès lors pourquoi les salutations et les détails purement personnels ne figurent pas d'ordinaire dans ces extraits. Ainsi l'un des copistes de la présente lettre a omis non-seulement les mots *integerrime et amicissime frater,* mais encore la signature. En revanche, la copie n° 3, qui les a recueillis, omet *Wormatiæ.*

Quant au destinataire, ce n'est pas l'un des amis de Calvin à Strasbourg ou à Bâle. Bucer et Capiton, plus rarement Grynæus, leur envoyaient les nouvelles du Colloque. Ce n'est pas non plus le soigneux Bullinger : il aurait conservé la lettre originale de Calvin, et, en tout cas, on en trouverait un extrait dans sa correspondance avec Vadian. Nous avons dit (n. 41) que *Viret* recevait les nouvelles d'Allemagne par l'entremise de *Farel* Aussi, en tenant compte de toutes les circonstances, nous sommes-nous décidé pour le réformateur de Neuchâtel.

Les éditeurs des *Calvini Opera* disent que la présente lettre paraît avoir été adressée à un pasteur neuchâtelois, à la fin de décembre, pendant que *Farel* était à *Worms.* On peut leur objecter qu'elle ne fait pas la moindre allusion au voyage de *Farel*, et que si *Calvin* trouvait « superflu et même absurde » d'écrire à la Classe de Neuchâtel le 24 décembre (N° 929), au moment où *Farel* se préparait à repartir, — il aurait été moins disposé encore à composer, peu après, une longue lettre, pour envoyer à un pasteur neuchâtelois des nouvelles que *Farel* pouvait donner lui-même *de visu* avec les plus grands détails.

[1] Édition de Brunswick : *Quum non.* Dans la copie : *Qn*, surmonté

noster Farellus se ad iter accingeret[2], *et illi omnia coràm exposui quæ de muta*[3] *ista nostra actione referre possum*, ideo à longiore scriptione supersedebo : et maluissem in totum abstinere, nisi ipse meam negligentiam severis verbis castigasset. Videor enim mihi rem agere non modò supervacuam, sed prorsùs absurdam, cum tali nuncio literas ad vos perferendas trado[4]. Quia tamen hoc officium me negligere non patitur, mos gerendus est ejus voluntati.

Non est tamen *quòd à me longam historiam expectetis eorum quæ hìc geruntur. Sedemus in castris ociosi, quia hostes pugnandi copiam minimè faciunt; cum putamus omnibus eorum effugiis esse occursum, novas subinde rimas*[5] *excogitant.* Sed has artes, quibus tantopere sibi placent, speramus in magnam Domini gloriam cessuras. Intelliget enim mundus cujus conscientiæ fuerit lucem adeò reformidasse. Nos sanè et verbis sumus testati et re ipsa demonstravimus, nos ad reddendam doctrinæ nostræ rationem esse animo paratos. Utcunque[6] malè instructi simus, illi cum sæpe eludendo et tergiversando nos extraxissent, tandem non dissimulanter confessi sunt se ab eo quod præ se tulerant agendi consilio[7], penitùs

d'un trait horizontal et suivi de *nos*. Il faut lire *Quoniam non*, à cause des indicatifs *cogitavi* et *exposui*.

[2] *Farel*, qui était encore à Berne le 14 décembre au matin (N° 924, n. 8), avait dù arriver à Bâle le 16, à Strasbourg le 19, et il était probablement entré à *Worms* le 22 ou le 23. Deux jours lui suffisaient, à la rigueur, pour s'entendre avec les députés des États évangéliques ; mais ils le retinrent jusqu'au 26 décembre.

[3] Édition de Brunswick : *mutua*. La variante *muta* a pour elle le *Sedemus in castris ociosi* du paragraphe suivant.

[4] Cette réflexion nous autorise à croire que la lettre précédente n'a pas été écrite pendant que Farel était à Worms.

[5] Il faut peut-être lire *remoras*, mot qui était familier à Calvin.

[6] Le copiste a lu *utrimque*, puis il a mis un *c* au lieu de l'*r*, de sorte qu'on peut lire *utcunque*, qui est ici le mot juste.

[7] Avant le colloque de Worms, les Catholiques avaient annoncé qu'on y procèderait suivant le recès de la diète d'Haguenau, confirmé par le rescrit de l'Empereur : c'est-à-dire, qu'il y aurait, entre les représentants des deux Églises (onze d'un côté et autant de l'autre), une discussion publique sur les dogmes formulés dans la Confession d'Augsbourg. Mais aussitôt qu'ils s'aperçurent que trois députés de leur parti inclinaient vers la doctrine évangélique, ils commencèrent à traîner les choses en longueur, afin d'empêcher une discussion où chaque vote pouvait donner la majorité à leurs adversaires. Aussi les Protestants se plaignaient-ils de ce que le rescrit impérial n'était pas plus observé à Worms, que les promesses faites à Francfort au nom de l'Empereur n'avaient été tenues à la diète

abhorrere; idque faciunt, cum omnibus aliis rebus, præterquam causæ bonitate, sint multò superiores. Cognitores [8] habent quales illis visum est è sua cohorte deligere. Is quem velut moderatorem ferre cogimur [9] non obscurè illis favet. Opibus, potentia aliisque omnibus præsidiis abundant quibus destituimur [10]. Sed mala conscientia consternat, ut nemine persequente fugiant. Quid autem, si Dominus non tantùm quò potentiùs eos prosternat ac majore miraculo, sed etiam ut nos humiliet, hac trepidatione ipsorum animos percellit, ne in certamen nobiscum descendant? Neque enim digni sumus quorum industriam ad causæ suæ defensionem adhibeat. Utcunque sit, modò salva maneat ejus veritas, et gloria splendidiùs elucescat, satis superque nobis esse debet. Verùm et si non in acie palàm consertis manibus confligimus, memineritis tamen, optimi fratres, nobis esse occultum cum obliquis Sathanæ astutiis certamen. Quod ideo moneo, ut sanctis precibus adlaboretis, ne Dominus suorum simplicitatem talibus captionibus [11] irretiri sinat.

Causam fratrum qui crudeliter ab impiis vexantur, qua decet fide ac diligentia suscipiemus [12]. Nihil aliud possumus in præsentia polliceri, nisi quòd operam dabimus ut sentiatis nostrum studium ipsorum saluti non defuisse. *De adventu ad vos meo nihil audeo certò dicere. Farellus novit quibus impedimentis distinear.* Cupio

d'Haguenau (Voyez les pp. 127, renv. de n. 24; 235, n. 6-7; 259, renv. de n. 12; 353, n. 4. — Les requêtes des Protestants à Granvelle. Mel. Epp. III, 1236, 1239, 1252-54, 1258. — Sleidan, II, 193, 201, 202).

[8] Les quatre présidents ou arbitres.

[9] *Granvelle.*

[10] Dépourvus de ce qui donne la puissance extérieure, les Protestants étaient, du moins, très unis et ils le sentaient vivement (N° 930, n. 2). Nous lisons dans la lettre de *Grynæus* aux ministres bâlois, datée de Worms le 22 décembre 1540 : « *Incredibile est, qua gratia, humanitate, concordia inter se fratres hîc omnes conveniant. Miranda alacritas in omnium oculis et oratione est.* Oro dominum Christum, ut mihi concedere venienti hanc apud unumquemque vestrûm gratiam velit, ut commune ministerium obire cum gaudio et læticia spiritus nostri queamus. — *Tygurinis* fratribus hanc et illam mittite. Nam *Bernam per Farellum scripsi* » (Inédite. Autographe. Arch. de Zurich). Ce post-scriptum doit signifier simplement que *Grynæus*, dans sa dernière lettre à *Farel*, avait inclus une épître adressée aux pasteurs bernois.

[11] Dans la copie : *cautionibus.*

